emplo. ruina q̄ sua cūctos doceat. nemi
nem suis moribus deditū. vñ proprio iu
dicio confidentē p̄fectionis culmen ali
quando posse conscendere. sed nec dia
boli quidē p̄niciosas illusiōes euadere.

Interrogatio quō vna semper
eademq̄ mensura seruetur.

Lap. xxv.

Erimanus. Quomodo igit̄
a nobis hic modus indirupte
valebit custodiri. Nam nōnū
q̄ hora nona soluta iam statione ieiunij
superuenientibus fratribus necesse ē co
ru 7 obtentu. aut adijci aliquid ad statu
ta 7 solitam q̄ mensurā. aut certe huma
nitatem qm̄ iubemur omnibus exhibe
re penitus abdicari.

Responso de nō excedendo re
fectionis modo. c. xxvi.

Moyses. Utraq̄ vno modo
ac sollicitudine pari conuenit
obseruari. Nam et mensuram
cibi causa continentie ac puritatis cuz
omni scrupulo custodire debemus. 7 hu
manitatem atq̄ adhortationez adueni
entibus fratribus charitatis obtentu si
militer exhibere. quia satis absurdum ē
vt fratri imo christo mensam offerēs nō
cum eo cibum pariter sumas. aut ab ei
refectione te facias alienū. Itaq̄ in neu
tra parte reprehensibiles inueniemur. si
hec a nobis consuetudo teneatur. vt ho
ra nona de duobus paximacijs quę no
bis canonica mēsurā iure debent. vno
paximacio prelibato. alium huius expe
ctationis gratia in vesperam referuem
quē si superuenient quispiam fratru
cuz ipso pariter insumamus. nihil consuetu
dini solite amplius adiungentes. et hac
dispensatiōe neq̄q̄ fratris nos p̄tristabit
aduentus qui nobis debet esse gratula
bilis. Siquidem ita humanitatis exhi
bemus obsequelam. vt nihil a rigore
continentie relaxemus. Si vero nullus
aduenerit hunc quoq̄ velut de canoni
co modo debitum nobis libere presume
mus. qua paritate nec stomach⁹ vespere
poterit aggruari. quippe hora nona
vno paximacio iam premissa. qd̄ plerū
q̄ his qui districtiorem abstinentiaz se
tenere credentes. totam refectionem ad
vesperam differunt. euenire consuevit.
Nam recens esce perceptio tam in vesp
tinis q̄ in nocturnis orationibus tenuem
leuemq̄ sensum non sinit inueniri.
Ideoq̄ comodum satis 7 vtile hora no
na refectionis tempus indultus est. in q̄
fficiēs mōach⁹ n̄ solū i nocturnis vigilijs
leuis ac vacu⁹ v̄petiā i ipis vesp̄tinis so
lenitatib⁹ digesto iā cibo in eū aptissim⁹
Talibus nos beat⁹ moyses verbis eru
diens hoc nobis precipiū gemina insti
tutione ptulit vt nō soluz discretionis
virtutem et gratiaz sed ipius quoq̄ ab
renunciationis rationē quā penit⁹ igno
rantes feruore tantūmodo spiritus n̄i

ac celo dei arripuisse videbamur incipi-
entes agnoscere. Deinceps intelligerem?
quantū a puritate cordis et directionis
linea fuisset in id temporis evacuati
absq; vlla dumtaxat destinatione vel fi-
ne tendentes. et quid pncipaliter tenere
nos opteret. qd ve cauere similiter ecō-
trario deberem? omnimodis ignorātes
illamq; pre omnibus definitionē senis
verissimā cōprobauimus. nulli? artis
seu discipline periciam posse sine destina-
tionis ratione subsistere. nec sine contem-
platione certi finis attingi.

**Explicit collatio secūda Abba-
tis moysi de discretionē. Inci-
piūt capitula collationis abba-
tis pasuntij de tribus abrenū-
ciationibus. Cap. i.**

E conuersatione ac vita abba-
tis pasuntij.

ij De sermone eius sdesenis ac re-
sponcione nra.

iiij Propositio abbatis pasuntij de
tribus vocationū generibus
et de tribus renūciationibus.

iiij Expositio triū vocationū.

v De et desidiōso vocatio pūa non
profit. et strenuo postrema non
oblit.

vi Expositio trium renūciationū.

vij Quēadmodum singularum re-
nunciacionum sit apprehēde-
da perfectio.

viiij De pprijs diuitijs in quibus cō-
stat anime pulchritudo vel fe-
ditas.

ix De tripartito genere diuitiarum.

x Non posse quēquaz primo tan-
tum renunciacionis gradu eē
perfectum.

xi Interrogatio de libero arbitrio
hominis et gratia dei.

xij Responsio de dispensatione di-
uine gratie manente arbitrij li-
bertate.

xiiij Qd directio vie nostre ex deo sit

xiiij Qd scia legis magisterio et illūi-

natione dñi conferatur.

xv Qd intellectus quo mādata dei
possimus agnoscere et bone vo-
luntatis effect? a dño pdonef.

xvi Qd ipa fides a dño concedatur.

xvij Qd moderatio et tolerātia tem-
ptationum nobis a domino tri-
buantur.

xviiij Qd perpetuitas timoris dñi no-
bis a dño conferat.

xix Qd ininiū voluntatis bone et cō-
summatio eius a dño sit

xx Qd nihil in hoc mūdo sine deo
geratur.

xxi Obiectio super liberi arbitrij po-
testate.

xxij Responsio qd liberū arbitrij nrm
adiutorio dñi sp indigeat.

**Explicit collatio Abbatij pasuntij de tri-
bus abrenūciationibus. ca. i.**

N illo

choio sanctorum
qui velut astra
purissima in no-
ctemundi istius
resulgebant. vi-
dimus sanctus
pasuntij vice luminaris magni clarita-
te scie chouscantē. Sic nanq; presbiter
congregationis nostre id est illius quē
heremo schyti morabatur fuit. in q ita
vsq; ad extremā durauit etate vt nūq; e-
cella quaz iunior ceperat habitare qz
ab ecclesia milibus qnq; distabat. saltē
ad viciniōra migrauerit. nec fessus ānis
tanti itineris spacio. die sabati vel dñi
co venturus ad ecclesiā vexaret. sed nec
vacuus qdem reuerti epinde contentus
vas aq; quā p totā erat ebdomadā sum-
pturus cernicib; suis onerans reporta-
bat ad cellam. Cūq; nonagenariam
excessisset etatem. nūq; passus est eam
iuniorum sibi labore deferri. Sic itaq;
ab adolescētia sua scole cenobij tanto
ardore se tradidit vt in ea paruo tem-

Collatio tertia Abbatis pasuntij

poire commoratus tam subiectionis lo-
no q̄ vnū sarū x̄tutū sc̄ia p̄t̄ ditaret.
Humilitatis nā q̄ 7 obedientie discipli-
na omnes suas mortificans volūta-
tes et per hāc extinctis vniuersis vicij̄s. cun-
ctisq̄ virtutibus p̄summat̄ quas mo-
nasterioꝝ instituta vel antiquissimoz̄
patrū doctrina fundauit. sublimioris p̄-
fectus ardore successus. heremi festina-
uit secreta penetrare. vt domino cui in
fratrum turbas positus sitiebat in sepa-
rabiliter inherere. nullo deinceps ab ei⁹
cōtemplatione hūano consortio vl̄ ima-
gine se retrahente facilius vniret. **U**bi
rursum tanto feruore etiā ip̄oz̄ anacho-
retarū x̄tutes superās. desiderio 7 intē-
tione ingis ac diuine illius theorie. cun-
ctorū deuotabat aspectus. vastiora 7 in-
accessibilia solitudinis penetrans loca.
multoq̄ in eis tpe delitescens. vt ab ip̄-
lis quoz̄ anachoretis difficulter ac ra-
rissime deprehensus. angeloz̄ q̄tidiano
consortio delectari ac perfrui crederetur
atq̄ ei merito virtutis huius ab ip̄is in-
ditū fuerit bubali cognomentū.

De sermone eiusdem senis. ac responsione nostra. **Ca. ij.**

Causigitur magisterio institui
cupiētes cogitationū etiam sti-
mulis agitati. ad cellam ei⁹ iaz
die aduēsp̄rascēte peruenim⁹. **Q**ui ha-
bito aliquānsper silentio cū p̄positū no-
strū predicare cepisset. qd̄ sc̄z patrā reli-
quētes. tot puincijs p̄ amore dñi perlu-
stratis egestatez ac vastitate heremi tole-
rare 7 imitari rigore cōuersionis illoꝝ
tantope niterem̄. quē vix ip̄i qui i eadē
necessitate atq̄ inopia nati educatiq̄
sunt sustinerēt. respondimus nos ob id
ad eius doctrinā ac magisteriū p̄tēdisse
vt imbui aliquatenus doctrina tāti vi-
ri possimus quā innumeris documentis
inesse eidem senseramus. nō vt illi⁹ que-
tamen in nobis non essent laudibz gra-
naremur. aut in elatione animi. q̄ in no-
stris quoq̄ cellulis nōn nq̄ suggestio-
ne titillabamur inimici. ip̄ius quoq̄ ser-

monibus inflaremur. **Q**uāobrem illa
nobis potius precabamur infundi. qui-
bus cōpungi vel hūiliari. nō quibz nob
metip̄is blandiri extolliq̄ possimus.

Propositio abbatis pasuntij de tribus vocationū generibus et de tribus abrenūciatioibus

Cap. iij.

Pasuntius. **T**res iquit voca-
tionū sunt ordines. tres quoq̄
renūciationes monacho in q̄
cunq̄ vocationis ordine constituto ne-
cessarias nouerimus. **E**t primā quidez
causam qua tres esse vocationū ordines
diximus. oportet nos diligenter inquire-
re vt cū agnouerimus nos ad dei cultū
primo gradu vocationis ascitos. fm ei⁹
sublimitatem conuersionis q̄z nostre
congruentiam temperemus. **N**ihil eniz
p̄derit sublimiter inchoasse. si simile p̄n-
cipijs nō exhibuerimus et finē. **U**t si eti-
am vltimo ordine nos a p̄uersione se-
culi extractos fuisse cognoscimus. quan-
to min⁹ probabili ad religionē p̄ncipio
videmur inniti. tanto acrius nos metip̄-
sos ad meliorē finem spiritali feruore in-
citare curemus. **S**ecūdam q̄z causam
trīe abrenūciatōis om̄imodis nosse nos
cōuenit. quia nullo modo perfectionem
p̄terimus attingere. si eam vel ignorau-
erimus. vel scientes nō p̄tenderimus ope-
re consummare.

Expositio triū vocationū. iij.

Digitur tres hi vocationum
modi speciali distinctione pan-
dantur. **P**rimus ex deo est. se-
cundus per hominē. tertius ex necessita-
te. **E**x deo quidem est. quotiens inspira-
tio quedam immissa in cor nostrū nōnū
q̄ etiā dormientes nos ad desideriu eter-
ne vite ac salutis exultat. deumq̄ se-
q̄ 7 ei⁹ inherere p̄ceptis cōpunctione sa-
luberrima corroboratur. vt i scriptur̄i sane-
tis abrahā voce dñica. de genitali solo-
7 ton⁹ p̄gnatōis sue affectibz. p̄isq̄ do-
mo legim⁹ enocatu dicēte dño. **E**x d̄ tra-
tua. 7 d̄ p̄gnatōe tua 7 d̄ domo p̄is tui

De tribus abrenunciationibus

Quo etiam modo beatū Antonium acci-
tus esse cognouimus. qui occasione sue
cōuersionis a sola diuinitate percepit.
Ingressus nāq; eccliaz ibiq; audiēs in
euāg dñm pdicātē q nō odit p̄ez z ma-
trē z filios z vxorē z agros insup z ani-
mā suā nō p̄t me? esse discipul? et si vis
p̄fect? eē vade z vde q̄ habes z da pau-
p̄ibz. z hēb t̄bzauz ī celo z v̄i seq̄re me.
Preceptū hoc dñi velut specialiter ad
se directū cum summa cordis compun-
ctione suscepit. confessimq; renuncians
cunctis secutus est christum. nulla extor-
tatione neq; doctrina hominum prouo-
catus. Secundus vocationis modus
est quē fieri per hominē diximus. cuius v̄l
exemplis quorundam sanctorū vel mo-
nitis instigati ad desiderium salutis accē-
dimur. Quo nos q̄q; gratia domini re-
tinemus a scitis. qui predicti viri moni-
tis ac virtutibz incitati huic nos studio
professioniq; tradidimus. quo ordine
etiā in scripturis sanctis per moysen fili-
os israel de afflictione egipti legimus li-
beratos. Tertius vero vocationis modus
est qui ex necessitate descendit. cū nos di-
uitijs mūdi huius vel voluptatibus ob-
ligati. ingruētibus repente temptationi-
bus que vel mortis pericula cōminātur
vel amissione bonorū z ac p̄scriptione p̄-
cutiūt vel carorū morte cōpungunt. ad
dñm que sequi in rerū p̄speritate p̄tem-
plimus saltem inuiti. p̄perare cōpellim̄.
Quis vocationis necessitatē in scriptu-
ris quoq; sepissime reperimus. cū filios
israel ob merita peccatorū suorū legim̄
a domino traditos hostibus suis. ob q̄z
dñationem crudelitātēq; seuisimā rur-
sus conuersos ad dñm p̄clamasse z mi-
sit eis inquit dominus saluatoreē aoth
filiū gera. filium gemini. qui vtraq; ma-
nu vtebatur p̄ dextera. Et rursum Cla-
mauerunt inquit ad dominū qui susci-
tauit eis saluatoreē. et liberauit eos otho-
niel filiū cheneq̄ fratrē caleph innioreē. Et
de talibus in psalmo dicitur. Cum occi-
deret eos tūc querebāt eum et reuertebā-

tur et diluculo veniebant ad eū. et reco-
dati sunt. quia deus adiutor eorum est.
et deus excelsus redemptor eorum ē. Rur-
sum q̄. Et clamauerūt ad dñm cum tri-
bularētur. z de necessitatibus eorū libera-
uit eos.

**De desiderioso vocatione p̄ria n̄
placet strenuo postrema n̄ oblit**

Cap. v.

His itaq; tribus modis licet
p̄iores duo melioribus inniti
p̄ncipijs videātur. nonnūq; ta-
men inuenimus etiam de tertio gradu
qui infimus videtur ac tepidus perfe-
ctos viros ac spiritu feruentissimos ex-
titisse illisq; consimiles qui optimo p̄-
cipio aggressi domini famulatū reliqm̄
quoq; vitam laudabili feruore spiritus
exegerant. et iterum de illo superiori gra-
du plurimos tatefactos ad vituperabi-
lem finem sepissime recidisse. ac perinde
sicut illis nihil obfuit q̄ non suo viderē-
tur arbitrio sed necessitatis compulsiōe
conuersi. quippe quibus hāc ipam occa-
sionem qua compungerētur domini be-
nignitas procurauit. ita etiam istis om-
nino nihil profuit sublimiora conuersi-
onis habuisse principia. quia nō stu-
erunt reliquā vitam sine congruo termi-
nare. Nec enī abbatī moysi qui habitauit
in loco istius heremi cui calam? nū-
cupatio est. quicq; defuit ad perfecte be-
atitudinis meritum. q̄ metu mortis q̄
ei p̄pter homicidij crimē intentabatur i-
pull? ad monasteriū decurrat. quā ita
necessitate p̄uersionis arripuit vteam ī
volūtate p̄mpta animi virtute conuer-
tens ad perfectionis fastigia summa per-
uenerit. licet etiā z e contrario plurimis
quos nominatim memorare nō debeo
nihil profuit domini seruitutez meliore
arripuisse principio. qui deiceps cordis
ignauia ac duricia subsequente qua se-
niorū traditiōibz acq̄escere noluerūt. inte-
porē noxiū. ac in pfundū mortis barat z
concederunt. Quam rem in ap̄lorū q̄z
vocatione videmus enidēter expressaz.

Collatio tertia Abbatis pasuntii

Judas
parvulus
Quid enim profuit iude ap[osto]lo sublimissi-
mū gradum eodem ordine quo petrus ce-
teriq[ue] apostoli asciti sunt voluntarie sus-
cepisse. qui vocationis sue p[re]clara p[ri]-
cipia cupiditate ac filargie pestifero fi-
ne consumās. vsq[ue] ad traditionē domi-
ni crudelissim[us] parricida prupit. Aut
quid obfuit paulo q[ui] rep[er]te cecatus ad
viā salutis velut inuisus videtur attra-
ctus. qui postea d[omi]nū tota animi deuoti-
one sectatus. initium necessitatis volun-
tate cōsumans. gloriosam tantis virtu-
tibus vitā imutabili fine conclusit. To-
tū ergo in fine consistit in quo p[er] quis et
optime cōuersionis initijs dedicat[us] in-
ferior per negligētiā reperiri. et necessita-
te attractus ad nomē monachi profiten-
dum effici per timorem dei diligentia[m]q[ue]
perfectus. (Cap. vi.)

Expositio triū abrenūciationū

ap[osto]l[us]
Danc de abrenūciationib[us] disse-
rendum est quas tres esse et pa-
trum traditio et scripturarum
sanctarū demōstrat auctoritas. quasq[ue]
vniūq[ue]q[ue] nostrū omni studio optet im-
plere. Prima est qua corporaliter vniū-
sas diuitias mundi facultatesq[ue] cōtēni-
mus. secūda q[ue] mores ac vicia affectusq[ue]
p[re]stinos animi carnisq[ue] respicimus. ter-
tia qua mentē nostrā de presentib[us] vniū-
sis ac visibilib[us] euocātes. futura tan-
tūmodo p[re]templamur. et ea que sunt in-
uisibilia concupiscimus. Quę tria vt si-
mul perficiātur. ad abrahā legimus a
domino fuisse p[re]cepta cum dicit ad eū.
Exi de terra tua. et de cognatione tua. et
de domo patris tui. Primum dixit de
terra tua. id est de facultatibus mundi
huius. opib[us]q[ue] terrenis. secūdo de co-
gnatione tua. id est de cōuersatione et mo-
rib[us] vicijq[ue]q[ue] p[re]ioribus q[ue] nob[is] a nostra
natiuitate coherētia velut affinitate q[ue]da[m]
et consanguinitate videntur esse cogna-
ta. tertio de domo patris tui. id est omni
memoria mundi huius que oculo[rum] oc-
currit obtutibus. De duobus enī patri-
bus. id est sine de illo que deferere sine d[omi]no

eo que debemus expectere. ita per David
ex persona dei caitur. Audi filia et vide
et inclina aurē tuā et obliuiscere populū
tuū et domū patris tui. Nam qui dicit
audi filia pater vtiq[ue] est. et illum cui[us] do-
mū vel populū monet obliuioni dari
patrem nihilominus sue filie fuisse te-
statur. Quia fit cū mortificati cum chri-
sto ab elementis huius mundi p[re]templa-
mur s[ecundum] apostolum. Jam nō ea que vi-
dentur. sed que nō vidētur. que enī vi-
dentur temporalia sunt. que autē non vi-
dentur eterna. Et exeuntes corde de hac
tpali ac visibili domo in illā domū in q[ua]
iuugeterimus permansuri. nostros oculo[rum]
mentemq[ue] dirigamus. Quod tunc im-
plebimus. cū in carne ambulantes non
s[ecundum] carnē militare d[omi]no ceperimus. illam
beati apostoli sententiā opere ac virtute
nos quoq[ue] clamātes. noster autē mūci-
patus in celis est. His tribus abrenun-
ciationib[us] p[ro]p[ri]e tres libri salomonis ap-
tantur. Nam p[ro]uerbia p[ri]mę abrenū-
ciationi cōueniunt. quibus mores emē-
dantur incipientiū. aut terrena vicia re-
secantur. Secūde abrenūciatiōi eccl[esi]as-
tes. vbi vniuersa que aguntur sub sole
vanitas pronūciātur. Tertie canticū
cāntico[rum]. in q[ui] mēs visibilia cūcta trāscē-
dens verbo iam dei et celestiu[m] rerū contē-
plationi coniūgitur.

Quę admodū singularū renū- ciationū sit apprehēdēda per- fectio. (Cap. vii.)

Quapropter nō multū p[er]derit
primā nos abrenūciationē ar-
dore fidei suscepisse. si secūdā
nō eodem seruore ac studio festinaueri-
mus implere. Et ita cum etiam hęc fue-
rimus indepti. ad illam quoq[ue] tertiā p[er]-
uenire poterimus q[ue] de domo p[re]ioris no-
stri parentis egressi. que ab exordio nati-
uitatis nostre s[ecundum] veterem hominē ac p[re]-
stinā cōuersionē quādo eramus na-
tura filij irę sicut et ceteri. patrem nobis
fuisse meminimus. omnē mētis intuitū
ad celestia deflectem[us]. De quo etiā p[er] a-

De tribus abrenunciationibus

tre ad hierusalem que verum patrem
teum contempserat dicitur pater tuus
amorreus et mater tua cethæa. Et in euā-
gelio. Vos ex patre diabolo estis et de-
sideria patris vestri vultis facere. Quæ
cū dimiserimus de visibilibus ad inuisi-
bilia transmigrantes. cū a postolo dice-
re poterimus. Scimus autē quā si terrestri-
domus nostra huius habitationis dis-
soluatur. quæ habitationem habeamus
a deo. domū non manufactā eternā in
celis. Et illud quod paulo ante cōmōra-
uimus. Nostra autē cōuersatio in celis ē
Ande et saluatore expectamus dñm ie-
sum christū. qui reformabit corpus hūi-
lilitatis nostre conforme corpori claritatē
sue. Et illud beati **David**. quia icōla ego
sum in terra et peregrinus. sicut oēs pa-
tres mei. vt hūm dñi vocē tale efficiamur
quales illi de quibus hec dñs ad patres
in euangelio loquebatur. De mūdo hoc
nō sunt. sicut et ego nō sum de hoc mun-
do. Et rursum ad ipsos apostolos. Si d
hoc mūdo essetis. mūdo quod suū est vt
quæ diligeret. sed quia de hoc mūdo non
estis sed ego elegi vos de hoc mundo. p-
pterea odit vos mūdo. Huius ergo re-
nūciationis tercię verā perfectionē tūc
mercbimur obtinere quādo mēs nostra
nullo carnee pinguedinis hebetata con-
tagio. sed peritissimis eliminationibus ex-
polita ab omni affectu et qualitate terre-
na per indefinentē diuinorum meditati-
onem. spiritualesque theorias. ad illa que
inuisibilia sunt eosque transierit. vt circū-
data se fragilitate carnis ac situ corpis
supnis et icorpeis intenta non sentiat.
atque in huiusmodi rapiatur excessus vt
nō solū nullas voces auditu corpali re-
cipiat. nec intuentis pretereuntū homi-
nū imaginibus occupetur. sed ne astan-
tes quidem arborū moles. et ingētes ma-
terias subiectas oculis carnis aspiciat.
Cuius rei fidem atque virtutē nemo nisi
is capiet solus qui hec que dicuntur expe-
riētia magistra percepit. cuius videlicet
ita dñs oculos cordis de vniuersis pre-

sentibus auocarit vt ea nō tanquā transi-
tura sed iā quasi nō existentia reputans
et velut inanē fumū in nihilū resoluta cō-
spiciat. ambulansque vt enoch et ipse cū
deo. ac de hūana puerfatiōe moribusque
trāslatus. nullatenus possit a quoque in-
vanitate presentius reperiri. Quod in illo
etiā corporaliter factum. lectio geneleos
ita cōmōrat. Ambulauitque enoch cū
deo et nō inueniebatur. quia translulit eū
deus. **Apostolus** quoque ita cōmōrat
Fide enoch translatus ē vt nō videret
mortē. et nō inueniebatur quia translulit
illum deus. De qua morte dñs in euā-
gelio. Qui viuūt inquit et credit in me nō
moriētur in eternū. Quapropter festina-
re debemus si perfectionē verā desidera-
mus attingere vt quē admodū corpe pa-
rentes patriā diuitias mundi. volunta-
tesque deserpim. ita etiā corde hec omnia
reliquētes nlla rursus ad ea que dimisim.
cōcupiscentia reuertamur. ne sicut de il-
lis scriptura cōmōrat. que educti p mo-
ysen cū minime edisse corpe videātur
corde tamē reuerſi dicuntur i egyptū. re-
licto scz deo. qui eos eduxerat cū tanta
virtute signorum. idola egypti que cōtem-
plerat venerantes. sic scriptura cōmō-
rat. Et reuerſi sunt cordibus suis in egyptū.
dicētes ad aaron. Fac nobis deos
qui precedant nos. cum illis etiam pari-
ter condemnemur. qui in heremo cōmō-
rantes. post escā manne celestis deside-
rauerūt vicioꝝ fetidos. ac sordide vilitate
citōs. nosque cum eis similiter. pelamare
videamur. Bene nobis erat in egypto.
vbi sedebamus super ollas carniū et co-
medebamus cepas et allia. et cucumeres
et pepones. Quę figura licet in illo pre-
cellerit p̄lo. tamē nūc quoque eam quoti-
die in nostro ordine ac professione vide-
mus impleri. Omnis enī quicūque post
renūciationē mūdi huius ad antiqva re-
uertitur studia. et ad p̄stina desideria
reuocatur. hec eadem cum illis opere ac
virtute. pelamat dicēs. Bene mihi erat
in egypto. Quorum vereor. ne tanta in-

Collatio tertia Abbatis pasuntij

uenienda sit multitudo · quantas tunc
sub moyse preuaricantiū turbas legim⁹
extitisse. Nam cum sexcenta milia arma
torum de egypto dinumerentur egressa
ex his nō sunt amplius qm̄ duo tantuz
terram repromissionis ingressi. Unde
festinandum nobis est · vt a paucis ac
rarissimis sumamus exempla virtu
tuz · quia fm̄ illaz quā diximus figurā
in euangelio quoq; multi vocati · pauci
aut dicuntur electi. Nihil ergo nobis p
terit abrenūciatio corporalis · et localis
ex egypto transmigrationis · si renunciatio
nem cordis que sublimior · et utilior ē nō
valuerimus similiter obtinere. De illa
enī qua diximus abrenūciatione corpo
rali ita pronūciavit apostolus. Si dis
tribuero omnes facultates meas i cibos
pauperū · et tradidero corpus meum vt
ardeam · charitatem aut nō habuero · ni
cibil mihi prodest. Quod beatus aposto
lus nunq; dixisset nisi fieri hoc posse spū
prenidisset · vt aliqui facultatibus vniū
sis in pauperū alimenta disperfis · ad p
fectionem euangelicam et charitatis ar
duū culmen peruenire nō possint · quia
scilicet pristina vicia morumq; inconti
nentiā vel superbiam · vel impatientiaz
dñantem in suis cordibus retinētes · ne
qua q; se ab illis expurgare curauerint
et ob id ad charitatem dei q; nunq; ca
dit minime valeant peruenire · quicq; in
feriores effecti · hoc secūdo renūciationis
gradu · multo minus illam tertiu qui p
culdubio est sublimior · apprehendūt. Di
ligentius tamen etiam hoc mente perpen
dite q; nō simpliciter dixerit · si distribu
ero facultates meas · videret enī de illo
forte dixisse qui nec dñ euangelicum im
plens mandatū · sibi ex eis sicut nōnulli
repidorum faciunt aliquid seruasset
sed si distribuero inquit omnes faculta
tes meas in cibos pauperū · id est etiaz si
perfecte abrenūciauero diuitijs istis ter
renis. Huic quoq; renūciationi aliud
maius adiunxit · et tradidero corp⁹ meū
vt ardeam · charitatez vero nō habuero

nihil sum. Ac si alijs verbis dixisset. Si
distribuero in cibos pauperū omnes fa
cultates meas fm̄ euangelicū illud mā
datum quod dicit · si vis perfectus esse va
de vende omnia que habes · et da paupe
ribus · et habebis thesaurū in celo · et ve
ni sequere me · ita scilicet abrenūciās vt
ex his nihil penitus mihi reſuem · et hu
ic erogationi martiriū qd̄ quotidie susti
neo · exustionē mee carnis adiunxero · ita
vt corpus meū tradam pro christo · et tū
vel impatiens · vel iracundus · vel inuid⁹
vel superbus sim · vel aliorum inflāmer
iniurijs · vel queram que mea sunt · vel ea
q; mala sunt cogitem · vel vniuersa q; mi
hi possunt inferri · nō patiēter libenterq;
sustineam · nihil mihi proderit exterioris
hominis abrenūciatio atq; cōbustio · in
teriore adhuc vicijs pristinis inuoluto
eo q; simplicē substantiam mūdi huius
pame conuersionis feruore contemnēs
queneq; bona esse nec mala · s; media diffi
nit · viciosi cordis noxias facultates si
militer abijcere nō curarim · nec attingi do
minicam charitatem que patiens q; be
nigna est · que nō emulat · non inflamat
nō irritatur · nō agit perperaz · nō querit
que sua sunt · nō cogitat malū que omnia
suffert · omnia sustinet · postremo q; secta
torē suum nunq; cadere sinit supplāta
one peccati.

De proprijs diuitijs in quibus
cōstat anime pulcritudo vel fe
ditas. Cap. viij.

H Estinare igitur debemus omni
instantia vt interior quoq; no
ster homo viciōz suozum diui
tias quas in anteriore conuersatione cō
traxit · vniūsas abijciat atq; dispergat ·
que corpori atq; anime iugiter coheren
tes pprie nostre sunt · ac nisi adhuc in s
corpore constitutis nobis abiecte fuerit
et absāse · etiā post excessum nos nō desi
nēt comitari · vt enī virtutes vel ipa cha
ritas que earum fons ē in hoc seculo cō
quisite · post finē quoq; huius vite pul
chrum ac splendidū amatozem suū red

De tribus abrenunciacionibus

dunt ita vicia obfuscat q̄dammodo
mentē coloribz tetrīs ad illaz perennem
cōmorationē infectam q̄z transmittunt.
Pulchritudo enī vel feditas aīę virtu-
tum seu vicioz gignitur qualitate. Ex
quibz quidā attractus color: aut splen-
didam eā deo reddit ac pulchraz ita vt
a p̄p̄ta mereat audire. Et cōcupiscet
rex decorem tuū. Aut certe atrā fetidam
atqz deformē ita vt ip̄m fetozē pp̄ie fedi-
tatis ip̄a confiteatur z dicat. **C**ōputru-
erūt et corrupte sunt cicatrices mee a fa-
cie īspiciēte meo. **I**peqz dñs ad eā. **Q**ua-
re inquit nō est obducta cicatrix filie po-
puli mei. Et idcirco hē sunt pp̄ie nostre
diuitie q̄ cuz aīa iugiter cōmorātur q̄s
nobis nullus regū nullus hostiū nec cō-
ferre poterit nec auferre. **H**e sunt pp̄ie
diuitie nostre quas ne ip̄a quidez mors
valebit ab animo separe quibus vel re-
nūciantes ad perfectionē possumus pue-
nire illigati. v̄ implicati eterna morte p̄-
celli.

De tripartito genere diuitiarū.

Cap. ix.

Tripartito enī modo in scriptu-
ris sanctis intelligūtur diuitie
id est male bone medie. Male
quidez sunt de quibus dicitur. **D**iuites
eguerūt z esurierunt. **E**t v̄ vobis diui-
tes quia recepistis consolationē vestrā.
Quas etiā diuitias peccatorum abiectis
se lumina perfectio est. **A**d quarū distin-
ctionē sunt paupes illi qui in euāgelio
domini voce laudantur. **B**eati paupes
res spiritu qm̄ ip̄oz est regnū celoꝝ. **E**t
in psalmo. **I**ste pauper clamauit z dñs
exaudiuit eū. **E**t iterū **P**auper z inops
laudabit nomē tuū. **S**unt etiā bone q̄s
aequillisse magne virtutis ac meriti ē q̄s
v̄ iustus possidens collaudat dicente
David. **G**eneratio rectoꝝ benedicetur.
Gloria z diuitie in domo eius z iusticia
eius manet in seculum seculi. **E**t iterū.
Redemptio anime v̄i pp̄ie diuitie ei.
De quibus diuitijs spiritualibz in apoca-
lip̄si dicit illi qui eas nō habēs vitupe-

rabilitate pauper z nudus est. **I**ncipias
te inquit euomere ex ore meo quia dicis
q̄ diues sum z locuples et nullus egeo
et nescis quia tu es miser et miserabilis
et pauper z cecus et nudus. **S**uadeo tibi
a me emere aurū ignitū p̄batū vt locu-
ples fias et vestimentis albis induaris
et non appareat confusio nuditatis tue.
Sunt quoqz medie id ē que possunt vel
bone esse vel male. **A**d v̄tranqz enī prem-
pro arbitrio vel qualitate vtentiū trans-
ferunt. **D**e quibz b. ap̄ls. **D**iuitiis ait
mūdi huius precipe non sublime sapere
re nec sperare in incerto diuitiaz sed in
deo qui prestat nobis abunde oīnia ad
fruendum bene facere facile tribuere cō-
municare thesaurizare sibi fundamen-
tum bonū in futurū vt a p̄p̄hendāt ve-
ram vitā. **Q**uas iterū diues ille in euā-
gelio retinēs ac neqz indigentibus sibi
ministrās. **D**e cuius micis saturari pau-
per **L**azarus ante fores eius exposuit. **C**u-
piebat intolerandis gehenne ignibus
et eterno deputatur ardori.

Nō posse quēquā primo tantū renūciantis gradu esse perpe- ctū.

Cap. x.

Nas igitur visibiles mundi di-
uitias relinquētes nō n̄as sed
alienas abijcimus facultates
q̄uis eas gloriemur vel nostro labore q̄-
sitas vel parentū ad nos hereditate trā-
missas. **N**ihil enī vt dixi nostrū est nisi
hoc tantū qd̄ corde possessum atqz ani-
mę nostre colerens a nemine p̄t. p̄sus
aufert. **D**e quibus visibilibus diuitijs
ad eos qui illas tanqz pp̄ias retentātes
cōicare indigentibus noluit increpās lo-
quitur christus. **S**i in alienis fideles n̄
fuitis qd̄ vestrū est quis dabit vobis.
Euidenter igitur has diuitias alienas
esse nō solum quotidiana experiētia do-
cet verū etiā sententia dñi ip̄a appellati-
one qua eas significauit expressit. **D**e vi-
lissimis v̄isqz diuitijs loquit̄ petr̄ ad
dñm. **E**cce nos reliquimus omnia z se-
cuti sumus te quid ergo erit nob. **Q**ui

Collatio tertia Abbatis pasuntij

vtiq; nihil apli qm vilissima pcilla q; re-
tia dimisisse noscant. **¶** Ergoia nisi in
hac abrenūciatione vicioꝝ q̄ vere mag-
na ⁊ summa est fuerint intellecta nec pre-
ciosum aliquid innenimus aplos reli-
quisse nec dñm habuisse. ppter qd̄ illis
tantā btitudinis gloriā largiret. vt ab
eodē mererētur audire in regnatiōe cuꝝ
sederit filius hominis in sede maiestatis
sup̄ sedebitis et vos super sedes duode-
cim iudicātes duodecim tribu israhel. **¶**
Igit̄ hi qui perfecte terrenas istas ac vi-
sibiles abdicāt facultates certis ex cau-
sis ad illam aplicam charitatem perue-
nire nō possunt nec illū sublimiorē pau-
corumq; admodū renūciatiōis graduꝝ
tertiū attingere queūt. quid illi de semet
ip̄is iudicare debeāt q̄ nec primā qdē q̄
perfacilis est perfecte arripientes atq; an-
tiquas pecuniarū suarū sordes cuꝝ in fi-
delitate pullina retentātes nudo tantū
sibimet autumāt monachoz vocabulo
gloriantū. Ergo prima quā dixim⁹ ab-
renūciatio rerū alienarū est. ideoq; per se
solam perfectionē renūciantī cōferre nō
sufficit nisi peruenerit ad sedam. q̄ vere
abrenūciatio rerū nostraz ē qm adepti
expulsionē oim vicioꝝ. tertie quoq; ab
renūciationis fastigia conscendimus. p
quā nō solū oīa q̄ in hoc mūdo gerūtur
vel particulatim ab hominibus possidē-
tur. verū etiā ip̄am cunctoz elementoz
plenitudinem. q̄ putatur esse magnifica
tanq; vanitati subiectam. et mox transi-
turā transcendentēs animo ac mēte de-
spicimus intuentes dumtaxat fm apo-
stolū nō ea que vident̄ s̄ que nō vident̄
q̄ enī videntur tpalia sunt. que aut̄ non
videntur eterna. vt ita demū illud sup̄-
mū mereamur audire qd̄ dicit̄ ad abra-
hā. et veni in terrā quā tibi mōstrauero
¶ Per qd̄ euidenter ostenditur. qm nisi q̄s
tres superiores illas abrenūciationes i-
plent. ad quartū hoc puenire n̄ possit.
qd̄ remuneratiōis ac premij vicē taliter
renūciātī tribuitur. id est vt terrā repro-
missionis mereatur intrare. nequa q̄s si

biā vicioꝝ spinas ac tribulos germi-
nantē q̄ post expulsionē passionū cūcta
rū puritate cordis in hoc corpe possidet
qm nō virtus vel industria laborantis
monstrabit ei. s̄ ip̄e dñs ostensurū se esse
pmitit. et veni inquit in terrā quā tibi
mōstrauero. **¶** Per qd̄ manifeste probat̄
et initium nostre salutis domini vocati-
one fieri dicentis. exi de terra tua. et con-
sumationē pfectiōis ac puritatē ab eodē
sist̄ tribui. cū dicit̄. et veni in terrā quā
tibi mōstrauero. id ē nō quā tu extemet
ip̄o nosse. vel industria tua poteris repe-
rire. s̄ quā ego tibi nō solum ignorātī. s̄
etiā n̄ inquirētī mōstrauero. **¶** Ex quo ma-
nifeste colligitur qd̄ quēadmodū inspira-
tione dñi. puocati ad viā salutis accur-
rimus. ita etiā magisterio ip̄ius ⁊ illumi-
natione deducti. ad perfectionē summe
beatitudinis peruenimus.

Interrogatio de libero arbitrio hominis et gratia dei. Cap. xi.

Quæritur. In quo ergo li-
berū cōsistit arbitriū. necq; qd̄
laudabiles sumus reputat̄ in-
dustrie si deus in nobis oīa q̄ ad nostrā
perfectionē redūt ⁊ incipit ⁊ cōsummat.

Responsio de dispensatione di- uine gratie manente arbitriū li- bertate. Cap. xij.

Dicitur. Hoc vos recte mo-
uisset si in oīi ope vel discipli-
na principiū tantū esset ac finis
et nō etiā quedā medieta inter esset. Ita
q; sicut occasiones salutis diuersis mo-
dis deū cognoscimus opari. ita nostrū
est occasiōib; a diuinitate concessis. vl
enixis vel remissius famulari. Nam si
cut̄ dei fuit vocātis oblatio. exi de terra
tua. ita abrahe fuit exētis obedientia. et
quēadmodū illud qd̄ dicit̄. et veni in ter-
ram. vtfaciāt obtēperantis est opus. ita
illud qd̄ additur. qm tibi mōstrauero.
inuentis dei vel pmittentis est grā. Cer-
tos tamen nos esse conuenit qd̄ omnem
virtutē indefessis conatib; exercētes neq;
q̄s diligentia vl studio nostro pfectiōē

De tribus abrenunciacionibus

possimus attingere nec sufficiat humana
sedulitas laborum merito ad talem sublimia
beatitudinis premia puenire nisi ea do-
mino nobis cooperante et cor nostrum ad
id quod expedit dirigente fuerimus indepen-
ti-ideoque debemus cum David orantes
momentis singulis dicere. Perfice gressus
meos in semitis tuis. ut non moueantur
vestigia mea. et statuit supra petram pe-
des meos. et direxit gressus meos. ut no-
strum arbitrium quod peius velignozati-
one boni. vel oblectatione passionum fert
ad vicia. ille inuisibilis rector mentis hu-
mane ad virtutum potius studia contor-
quere dignetur. Quod vno versiculo per-
phetam manifestissime legimus decan-
tari. Impulsus versatus suus ut caderet
in quo liberi arbitrii infirmitas designa-
tur. et dominus suscepit me. rursum adiuto-
rium domini iunctum eidem semper ostenditur
quo ne penitus libero collabamur arbi-
trio. cum titubasse nos viderit. perrectioe
quodammodo manuum suarum sustentat at-
que confirmat. Et iterum. Si dicebam motus
est pes meus. lubrica scilicet arbitrii faculta-
te misericordia tua domine adiuuabat me. ite-
rum mobilitati sue dei coniungit auxilium
quo ne moueretur pes fidei sue. non indu-
strie proprie fuisse. sed misericordie domini confitetur
Et iterum. Secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo. quod libero utique mi-
hi nascebantur arbitrio. consolationes
tuas letificauerunt animam meam. per tuam
scilicet inspirationem venientes in cor me-
um. et referentes contemplationem futu-
rorum bonorum. que pro tuo nomine la-
borantibus preparasti. non solum abstu-
lerunt omnem anxietatem cordis mei. verum
etiam summam leticiam contulerunt. Et rursum
Risi quia dominus adiuuauit me paulominus
habitauerat in inferno anima mea. libe-
ro utique arbitrio. per quod se in inferno
habitaturum fuisse testatur. nisi domini fuisset
adiutorio ac protectioe saluatus. A domino enim
non a libero arbitrio gressus hominis di-
rigetur. Et cum ceciderit iustus libero do-
minus. tunc arbitrio. non collidetur. Quare. que

dominus supponit manum suam. Hoc est aptissimi
me dicere. Nullus iustorum sibi sufficit ad
obtinendam iusticiam. nisi per momenta
singula titubanti eidem et corruenti ful-
cimenta manus sue supposuerit diuina
clementia. ne prostratus intereat penitus
cum fuerit liberi arbitrii infirmitate col-
lapsus.

¶ Directio vie nostre ex deo sit.

Cap. xiiij.

DEc sane vniuersi viri sancti direc-
tionem vie quam gradiebantur ad per-
fectum futurum consumationemque
tendentes. industria se propria obtinuisse
testati sunt. sed eam potius a domino conse-
qui precabantur dicentes. Dirige me in
veritate tua. et dirige in conspectu tuo
viam meam. Alius autem non solum fide. sed
etiam experimeto. et quodammodo in ipsa re-
rum natura. hoc ipsum se deprehendisse pro-
clamat. Cognoui domine quia non est in ho-
mine via eius. nec viri est ut ambulet et
dirigat gressus suos. Et ipse dominus ad isra-
heles. Et dirigam eum ego in quantum ut abiete vi-
rentem. ex me fructus tuus inuentus est.

¶ Scientia legis magisterio et illuminatione domini conferatur.

Cap. xiiij.

LEgis quoque ipsius scientiam non
lectionis industria. sed magiste-
rio et illuminatione dei quoti-
die desiderant adipisci. dicentes ad eum.
Quas tuas domine demonstras mihi. et semitas
tuas edoce me. et reuela oculos meos.
et considera mirabilia de lege tua.
et doce me facere voluntatem tuam. quia de-
us meus es tu. Et iterum. Qui docet homi-
nem scientiam.

**¶ Intellectus quo mandata dei
possimus agnoscere et bone vo-
luntatis effectus a domino condo-
nerur.**

Cap. xv.

Ipsum etiam intellectus beatus
dauid quo mandata dei possit
agnoscere. que utique in libro le-
gis non erat esse per scripta. a domino po-
ssulat promereri dicens. Seruus tuus ego

Collatio tertia Abbatis pafuntij

sum. da mihi intellectum vt discas man
data tua. **U**nq; et intellectū semel sibi p
naturam presitum possidebat. noticiā
quoq; mandatorum dei que descripta
tenebant in lege vtiq; habebat in p
ptu. et tamen vt hanc plenius appren
dat dominum deprecatur. sciens neq; q̄
sibimet sufficere posse id quod per natu
ram conditionis insertum est. nisi quoti
diana domini illuminatione ad intelli
gendam spiritualiter legem ac manda
ta eius apertius agnoscenda. sensus ip
sius ab eodem fuerit illustratus. ip̄o eti
am vase electionis. hoc qd̄ dicimus cla
rius predicante. deus est enī qui opera
tur in nobis. et velle ⁊ perficere pro bōa
voluntate. **Q**uid potuit apertius dici
q̄ vt ⁊ bonā voluntatem nostram ⁊ ope
ris consumationem a domino in nobis
pronunciaret impleri. **E**t iterum **Q**uia
vobis donatum est. p̄ christo non solum
vt in eum credatis. sed vt etiam pro illo
patiamini. **H**ic quoq; et initium conu
sionis ac fidei nostre et passionū tolerā
tiā ⁊ donari nobis a domino declarauit.
Quod intelligens dauid quoq; simili
orat sibi hoc ipsum domini miseratione
concedi dicens. **C**onfirma deus hoc qd̄
operatus es in nobis. ostendens nō suf
ficere sibi salutis p̄cipia dono dei gra
tia q; collata. nisi fuerint eadez misera
tione ipsius et quotidiana opitulatiōne
perfecta. **N**on enim liberum arbitrium
sed dominus soluit compeditos. **N**on
nostra virtus. sed dominus erigit elisos.
Non lectōis industria. sed dominus il
luminat cecos. **Q**d̄ grece dicitur.

id est dominus sapiē
tes facit cecos. **N**on nostra cautio. s̄ do
minus custodit aduenas. **N**on nostra
fortitudo. sed dominus alleuat siue suf
fulcit omnes qui corruunt. **H**ec autem
dicimus non vt studium nostrum vella
torem atq; industriam quasi inaniter ⁊
superfluo impendenda vacuemus. s̄ vt
nouerimus nos sine auxilio dei. nec ad
niti posse. nec efficaces nostros esse. cona

tus ad capescendum tam immane p̄mi
um puritatis. nisi nobis adiutorio do
mini ac misericordia fuerit contributum. **E**
quus enī paratur in diē belli. a domino
est adiutorium. quia nō est in fortitudie
sua potens vir. **O**portet igitur nos sem
per cum beato dauid canere. **F**ortitudo
mea et laudatio mea. non liberum arbi
triu. sed dominus. et factus ē mihi in sa
lutem. **Q**d̄ doctor. quoq; gentium non
ignorans. idoneum se factuz ministerio
noui testamenti. non suo merito nec su
dore sed dei miseratione proclamatur. nō
q̄ sim? igit idonei cogitare aliqd̄ a nob
q̄si ex nobis. sed sufficiētia n̄ra ex deo ē.
qd̄ minus latine sed expressius dici po
test. idoneitas nostra ex deo est. **D**eniq;
sequitur. **Q**ui et idoneos nos fecit mini
stros noui testamenti.

Quia ipsa fides a domino conce
datur. **C**ap. xvi.

IQuantum autē vniuersa q̄ ad
salutem pertinent apli sibi met
a domino largita seferūt. vt ip
sam quoq; fidem prestari sibi a domino
postularent dicentes. **D**omine adde no
bis fidem. **P**lenitudinem eius non libe
ro arbitrio presumentes. sed dei sibi cre
dentes munere conferendas. **D**eniq; do
cet nos idem auctor salutis humane q̄
ip̄a fides nostra lubrica sit et infirma. et
nequa q̄ sibi sufficiens nisi fuerit auxi
lio domini roborata. dicens ad petrum.
Simon simon. ecce satanas expetit
vos vt abraret vos tāq; triticū. s; ego
rogavi p̄ez meū ne deficeret fides tua.
Quod alius in semetipso sentiens fieri
et quodāmodo fidem suam infidelitā
fluctibus ad perniciosi naufragij vidēs
scopulos perurgeti. ad eundez dominū
auxilium fidei suę postulans dicit. **D**o
mine adiuua infidelitatem meā. **I**ntan
tum itaq; senserunt euangelici et a postu
lici viri vniuersa q̄ bona sunt. auxilio do
mini consummari. vt ne ipsam quidem
fidem suam confisi sint illesam se posse

De tribus abrenunciacionibus

luis viribus vel arbitrij libertate serua-
re vt hanc vel adiunari in se vel donari
sibi a domino postularent. Quasi in pe-
tro ne deficeret domini egebat auxilio.
quis erit tam presumptor & cecus qui se
erga huius custodiam quotidiano do-
mini credat adiutorio non egere. preser-
tim cum ipse dominus in euangelio hoc
ipsum euidenter expresserit dicens. Si-
cut palmes non potest fructum facere a
semetipso nisi in vite manserit ita et vos
nisi in me manseritis. Et iterum. Quia si-
ne menibus potestis facere. Et sit igitur
ineptum ac sacrilegum quicquid de bonis
actibus nostre industrie & non dei gra-
tie vel adiutorio deputare. manifeste. p-
batur dominica protestante sententia. si-
ne sua opitulacione vel inspiratione spi-
ritales fructus exhibere neminem posse.
Omne enim datum bonum. et omne
conum perfectum desursum est. descen-
dens a patre luminis. Zacharias quo-
que quia siquid boni ipsius est et siquid op-
timum ab ipso. Et ideo constanter bea-
tus apostolus. Quid enim habes quod
non accepisti. Quod si accepisti quod glo-
riaris quasi non acceperis.

**¶ Moderatio et tolerantia tē-
ptationum nobis a domino tri-
buatur.** **Lap. xvij.**

Quamam quoque tolerantie. q̄
temptationes illicitas sustine-
re possimus. non tam in nostra
virtute quam in dei misericordia et mode-
ratione consistere. beatus apostolus ita
pronunciat. Temptatio vos non appre-
hendat nisi humana. fidelis autem deus
qui non permittit vos temptari super id
quod potestis. sed faciet cum temptatio-
ne etiam exitum ut sustinere possitis. De-
um quoque aptare siue confirmare ani-
mos nostros ad omne opus bonum. et ope-
rari in nobis ea que sibi sunt placita. idem
apostolus docet. Deus autem pacis qui
eduxit de tenebris pastorem magni ouis
in sanguine testamenti eterni iesum
christum aptet vos in omni bono. facies

in vobis quod placeat coram se. Quod
etiam thessalonicensibus ut eueniat ita
precatur dicens. Ipse autem dominus
iesus christus et deus pater noster qui di-
legit nos. et dedit consolationem eternam
et spem bonam in gratia. exhortetur cor-
da vestra et confirmet in omni ope et ser-
mone bono.

**¶ Perpetuitas timoris domini no-
bis a domino conferatur.**

Lap. xviii.

Ipsum denique timorem dei quo
firmiter eum tenere possimus a
domino nobis infundi. **D**icere
mias propheta ex persona dei manifeste
testatur ita dicens. Et dabo eis cor unum
et viam unam. ut timeant me vnueris
diebus. et bene sit eis. et filiis eorum post
eos. et faciam eis pactum sempiternum.
et non desinam eis benefacere. et timorem
meum dabo in corda eorum ut non rece-
dant a me. **Ezechiel** quoque. Et dabo eis
cor nouum et spiritum nouum tribuam
in visceribus eorum. et auferam cor lapi-
deum de carne eorum. et dabo eis cor car-
neum. ut in preceptis meis ambulent. et
iudicia mea custodiant. faciantque ea. et
sint mihi in populum. et ego sum eis in de-
um.

**¶ Initium voluntatis bone et co-
lumnatio eius a domino sit.**

Lap. xix.

Quibus manifestissime perdoce-
mur et initium voluntatis bo-
ne nobis domino inspirate co-
cedi. cum aut per se. aut per ex-
hortationem cuiuslibet hominis. aut per
necessitatem nos ad salutis attrahit vi-
am. et perfectionem virtutum ab eodem
similiter condonari. nostrum vero hoc
esse. ut exhortatione auxiliumque dei vel
remissius vel enixius exequimur. et pro nobis
vel remuneratione vel supplicia dignissi-
ma. pro meriti. que ei dispensationi ac puiden-
tie circa nos benignè collate. vel negleximus
vel studium. non obediē. duotōe. congruere

Collatio tertia Abbatis pasuntij.

Quod euidenter in deuteronomio apteque describitur. Cum inquit introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris. et deleuerit gentes multas coram te et hebreum et gergeseum et amorreum. chanaanem et pherezeum. cucum et iebuseum. septem gentes multo maioris numeri et robustiores te. edideruntque eas tibi. percutes eos usque ad internecionem non inuis cum eis fedus. neque sociabis cum eis coniugia. Quia igitur introducuntur in terram repromissionis. quod deleuerit gentes multe coram eis. quod traduntur in manus eorum nationes maioris numeri. et robustiores quam populus israel. dei esse gratia scriptura pronunciat. **U**trum autem percussit eas israel usque ad internecionem an reseruet eas et parcat. et non inecat cum eis fedus. et utrum non societ cum eis coniugia. an societ. ipsorum esse testat. Quo testimonio manifeste discernitur. quid libero arbitrio. quid de dispensatione vel quotidiano adiutorio domini debeamus ascribere. et quod diuine sit gratie prestare nobis. puenimus secundos atque victoriam nostram vero esse. ut concessa dei beneficia vel intentius vel segnius exequamur. **Q**uia rationem etiam illorum cecorum curatio e satis euidenter videmus expressam. **Q**ui enim transiit ante eos iesus. diuine prudentie et dignationis est gratia. **Q**ui vociferatur et dicit. miserere nostri domine fili dauid. fidei ipsorum et credulitatis est opus. **Q**ui visum recipiunt oculorum. diuine misericordie est munus. **Q**ui autem etiam post perceptionem cuiuslibet muneris tam gratia dei quam ratio liberi arbitrii perseueret. leproso quoque decem qui pariter curati sunt. declarat exemplum. **E**x quibus dum unus per arbitrii sui bonum gratiarum restituit actionem. dominus nonne inquit unumque collaudans. sollicitudinem adiutorij sui etiam circa inmemores beneficiorum suorum in genere retinere se monstrat. **H**oc ipsum enim visitationis sue donum est. quod vel suscipit et approbat gratum. vel requirit ac reprehendit ingratos.

Quod nihil in hoc mundo sine deo generatur. **Lap. xx.**

Quod Rederetamen inconcussa fide nos conuenit. nihil sine deo profusus in hoc mundo geri. **A**ut enim voluntate eius aut permittit agi. uniusa fatendum est. ut scilicet hec que bona sunt voluntate dei proficiant. auxilioque credatur. que autem contraria sunt permittit. cum pnegitibus ac duricia cordis nostri deserens nos. diuina precatio. diabolum nobis et ignominiosas corporis passiones patitur dominari. **Q**uod et apostoli uocibus euidentissime perdoceant. dicens. **P**ropter quod tradidit illos deus in passiones ignominie. **E**t iterum. **Q**uia non crediderunt deum habere in notitia. tradidit illos deus in reprobum sensum. ut faciatur ea que non conueniunt. **I**psae quoque dominus per prophetam ait. **E**t non audiuit populus meus uocem meam. et israel non intendit michi. **P**ropter quod dimisi eos in quantum finem adinventionis cordis eorum ambulabunt in adinventionibus suis.

Obiectio super liberi arbitrii potestate. **Lap. xxi.**

Quod **E**rmanus. **H**oc testimonium aptissime liberum demonstrat arbitrium quod dicitur. **S**i populus meus audisset me. et non audiuit populus meus uocem meam. **C**ui enim dicitur si audisset. ostendit in potestate illius fuisse. vel acquiescendi. vel non acquiescendi in dicitur. **Q**uomodo igitur non in nobis nostra salus est collocanda. cum sit in nobis. vel audiendi. vel non audiendi facultas.

Responso quod liberi arbitrii nostrum adiutorio domini semper indigeat. **Lap. xxii.**

Quod **A**suntius. **A**cute quidem considerastis hoc quod dicitur. **S**i audisset me. et non attendisset illi quod ad audiendum uel non audiendum loquitur. nec illud quod sequitur. **P**ro nihilo utique inimicos et humiliaf sem. et super tribulantescos misisset manum meam. **N**emo igitur hec que protulimus. ut nihil geri sine domino probaremus. praua interpretatione detorqueas ad defensionem liberi arbitrii. ita pertemptet assumere. ut ab homine gratia dei. uisionemque quotidianam uelit auferre. per hoc quod dicitur. et non audiuit populus meus uocem meam. et ito

Capitula.

nō si populus meus audisset me israel si
in vjs meis ambulasset zc. s̄ respiciat q̄
sicut liberi arbitrij facultas populi iote
dientia cōprobat. ita quotidiana circa
eū p̄missio dei clamantis q̄dammodo
et monētis offenditur. Cum enī dicit si
populus meus audisset me priore vtiq̄
se locutū eis euidenter ostēdit qd̄ fieri a
dño nō solū per legē p̄scriptā liter: ve
rāctā quotidianis monitis solet. s̄m il
lud qd̄ per ysaiā dicit. tota die expandi
manus meas ad pplm nō credentē mi
hi sed contradicentem. At unq̄ ergo
p̄t hoc testimonio cōprobari quod di
citur. Si populus me audisset me isra
el si in vjs meis ambulasset pro nihilo
vtiq̄ inimicos eoz hūiliasset. et super
tribulātes eos mīisset manū meā. Nā
sicut liberum arbitrium per inobediēti
am populi demōstratur. ita dispensatio
dei et auxiliū eius versiculi ipsius initio
deklaratur ac sine. cum se z priorem lo
cutū fuisse testatur. et postea inimicos e
hūiliaturū si ab eodem fuisset auditus.
Nos enī per hęc q̄ ptulimus nō liberuz
arbitriū hominis volumus submonere
s̄ hanc adiutorū z gratiā dei per singu
los dies ac momēta necessariā cōpbare
His ep̄al nos sagmatos p̄fann? e sua
cella nō tam alacres q̄ cōpunctos cor
de ante mediū noctis emittit. hoc nobis
precipūū sua collatione conferēs. vt cū
abrenūciationē primā z tota virtute ac
disciplina. s̄m omnia patrū instituta ex
equentes. per eandem solā z attingenda
nobis perfectionis culmina blandirem
inciperemus agnoscere nec dum nos ce
pisse monachoz fastigia somnare. quip
pe qui de sc̄da abrenūciatione parū qd̄
in cenobijs eruditi. tertiā in qua omnis
perfectio continetur. queq̄ illas inferio
res duas multū modis excedit. n̄caudis
se quidē nos antea penitus noscerem?
ExPLICIT collatio abbatis p̄fū
tū s̄tribus abrenūciationibus
Incipiunt capitula collatiois
abbatis danielis. Cap. i.

- S**abbat danielis p̄terlatōe.
ij **I**nquisitō vñ oriat repē
tina cōmutatio mentiū ab ines
tabili leticia in melūssimaz ani
mīreiectionem.
iij **R**esponso sup̄ p̄posita q̄stioe.
iij **D**e dispensationis ac p̄bationis
dei duplex causa sit.
v **D**e studiū et industria nōstra ni
hil sine adiutorio dei p̄ualeat.
vi **D**e vtilenobis sit interdū a do
mino derelinqui.
vij **D**e vtilitate eius pugne q̄m apo
stolus ponit in colluctatione car
nis et spiritus
viij **I**nterrogatio quid sit qd̄ in ca
pitulo apli post aduersantes si
bi cōcupiscētiā carnis et spūs
tertia adijciatur voluntas.
ix **R**esponso de intellectu recte inter
rogantis.
x **D**e vocabulū carnis nō in vna si
gnificatione ponatur.
xi **Q**uid in hoc loco caro ab aposto
lo noietur. et qd̄ sit cōcupiscen
tia spiritus.
xij **Q**ue sit voluntas nōstra q̄ inter
cōcupiscētiā carnis et spiritū
ponitur.
xij **D**e vtilitate cūctationis q̄ ex col
luctatione oritur carnis z spūs
xiiij **D**e inemēdabili malicia spiritali
um nequiciarū.
xv **Q**uid nobis p̄sit carnis aduer
sus spiritū cōcupiscētia.
xvi **D**e incentiuis carnis quibus vt
humiliaremur q̄m tenerem.
xvij **D**e eunuchoz tepore.
xviij **I**nterrogatio quid intersit inter
carnalem z aiālem.
xix **D**e triplici aiāriū statu.
xx **D**e male abrenūciātibus.
xxi **D**e his qui contemptis magnis
occupantur in paruis.
ExPLICIT capitula. Incipit col
latio Abbatis Danielis de cō
cupia carnis et spiritus. Cap. i.

Collatio quarta Abbatis Danielis

Inter cete

Iros christiane philo-
sophie viros abbate
quoq; vidimus Da-
nielem equalem qdes
in omni virtutum genere. his qui in he-
remo scitibi commanebant sed peculia-
rius gratia humilitatis ornatum. q me-
rito puritatis ac mansuetudinis sue a
beato pasuntio solitudinis eiusdem pres-
bitero. et quide; cum multis iunior esset
etate. in diaconij pfectus est gradu. In-
tm enim eidē beatus pasuntius virtuti-
bus ipi? adgaudebat. vt que vite meri-
tis sibi et gratia parē nouerat. coequare
sibi etiā sacerdotij ordine seilinare. siq-
dem nequa q; ferens in inferiore eū misse-
rio diutius immorari. optansq; sibi met
successorem dignissimū prouidere. sup-
stes cum presbitalis gradus honore p-
uexit. Qui tamē prioris humilitatis cō-
suetudinem nō omittens. nihil vnq; si-
bi illo presente de sublimiorj ordinis col-
latione donauit. sed semper abbate pa-
suntio spirituales hostias offerente. hic
velut diaconus in prioris ministerij per-
mansit officio. In quo tamen beatum
pasuntium cum talis vir esset ac tātus vt
in multis etiā pre scientie gratiā posside-
ret. hoc spes substitutionis et electio val-
de fefellit. Nam non multo post tempo-
re hūc quem sibi parauerat successorem
decessorem premisit ad deum.

**Inquisitio vnde oriatur repē-
tina comutatio mentij ab ines-
tabili leticia in melissimaz ani-
mi deiectionem. Cap. ij.**

Hic igitur beatus daniel inqui-
rentibus nobis cur interdū re-
sidentes in cellula tanta alacri-
tate cordis. cum ineffabili quodam gau-
dio et exuberantia sacratissimoz sensuū
redundemus. vt eam nō dicam sermōe
percurrere. sed ne ipse quidem sensus oc-
currat. oratio quoq; pinguis emittatur
ac pmp̄ta. et mens plena spiritalib; fru-

ctibus preces suas efficaces ac lenes eti-
am per soporem supplicans ad deū senti-
at penetrare. ac rursum nullis existētib;
causis tāta subito anxietate repleamur
et irrationabili quodam merore. vt nō so-
lum nosmetipsos huiusmodi sensib; are-
scere sentiamus. verū etiam hōreat cella
sordeat lectio. ipa quoq; instabilis ac nu-
tabunda et quodammodo ebria et gra-
uis emittatur oratio. ita vt ingemiscen-
tibus et conantibus nobis ad directio-
nem pristinā reduci mēs nostra nō pos-
sit. quantoq; intentius fuerit renocata.
tanto vehementius ad discursus insta-
biles lubrico rapiatur excessu. et ita omni
spiritali fructu reddat effeta. vt nec desi-
derio regni celozū. nec metu gehenne. p-
posito ab hoc letali quodam somno va-
leat suscitari. ita respondit

**Resposio super proposita que-
stione. Cap. iij.**

Ripartita nobis sup hac qm
dicitis sterilitate mentis tradi-
ta ratio est. Autem de negligē-
tia nostra. aut de impugnatione diabo-
li. aut de dispensatiōe dñi ac probatiōe
descendit. Et de negligentia quidem. cū
nostro vicio tepore precedente in differē-
ter nosmetipsos et remissius exhibem? p-
quā desidiā noxijs cogitationibus pa-
si. terram cordis nostri spinas et tribu-
los facimus germinare. qbus in ea pul-
lulantib; consequēter efficiamur steriles.
atq; ab omni reddimur spiritali fructu
et cōtemplatione deserti. De impugna-
tione vero diaboli. cū etiā bonis nōnūq;
studij; reditos. callida stilitate mētez
nrām irrepēs. vel ignorātes ab optimis
intētionib; abstrahit vel inuitos.

**De dispensationis ac pbatio-
nis dei duplex causa sit. Cap. iij.**

Dispelatiōis aut ac pbationis
dñi duplex causa est. Prima
vt paulisp; ab ipso derelicti. et
mēz nrē seniam? infirmitatē. et neq; sup
pcedēte puritate cordis q nob illi? ē vi-
sitate donata possim? extolli. pbātesq;

De concupiscētia carnis et spūs

nos ab eo derelictos gemitibus nostris et industria illum leticie ac puritatis statum recuperare non posse intelligamus. et preteritā cordis a laetatem nō nostro studio sed illius dignatione nobis fuisse infusam. et presentem de ipsius rursus gratia et illuminatione esse poscendam. Secunda vero probationis est causa ut per severitā nostra vel mentis constantia et desiderium comprobetur. quia quod intentio cordis et orationū instantia. deserentem nos visitationem sancti spiritus requiramus manifestetur in nobis. ac pariter agnoscantur quanto labore amissū istud spirituale gaudium et puritatis leticia conquiratur. sollicitius inuentas custodire ac tenere attentius studeamus. Quodā modo enim negligentius custodiri solet. quicquid creditur facile posse reparari.

De studio et industria nostra nihil sine adiutorio dei preualet. Cap. v.

Per que euidenter probatur gratiam dei ac misericordiam semper operari in nobis ea que bona sunt. Quia deserentem nihil valere studium laborantis. et quantalibet annitētis industria sine ipsius iterum adiutorio statum pristinum recuperare nō posse. illud quod in gremio nobis impleri nō volentis neque currentis sed miserentis est dei. Que gratia nō nisi contra negligentem ac resolutos in inspiratione hac qua dicitur sancta. et abundantia spiritualium cogitationum visitare nō despicit. sed inspirat indignos. excuscat dormientes. et illuminat obfessos ignorantie cecitate. clementerque nos arguit atque castigat. infundens se cordibus nostris ut vel sic de inertie somno compunctione ipsius insigati consurgere pronocemur. Denique frequenter etiam odoribus ultra omnem suavitatem compositionis humane. in his ipsis subito visitationibus adimplemur. ita ut mens hac oblectatione resoluta in quendam spiritus rapiatur excessum. se

quod commorari obliuiscatur in carne.

Quod utile nobis sit interdum a domino derelinqui. Cap. vi.

In tantum vero illum quem diximus abscessum. et ut ita loquar desertionem dei. beatus David utilem esse cognouit. ut nequaquam maluerit orare ne a deo penitus in nullo relinqueretur. hoc enim sciebat incongruum esse vel sibi vel humane nature ad quolibet peruenienti perfectionem. sed temperari eam potius deprecatus sit dicens. Non me derelinquas usquequaque. Ac si diceret alij verbis. Scio quod derelinquere soleas. Aliter enim ab aduersario temptari nō possunt nisi a te paulisper fuerint derelicti. et ideo nō rogo ut nunquam me derelinquas. quia nō expedit mihi ut nō vel mea infirmitate sentiens dicam Bonum mihi quia humiliasti me. vel exercitium non habeam preliandi. quod sine dubio habere non potero. si mihi semper et indurpe cohererit protectio tua. Suffultum namque me tua defensione temptare diabolus nō audebit. illud obijciens et exprobrans. vel mihi vel tibi. quod aduersus athletas tuos solet calumniosa voce profere. Nunquid gratis iob colit deum. nonne tu ualasti eum ac domum eius. uniuersamque substantiam eius per circumitum. sed magis peto ne me usquequaque derelinqas. Quod grece dicitur.

id est usquequaque ad nimietatem. Quantum enim mihi utile est si derelinquas me paulisper ad tempus ut desiderij mei constantia comprobetur. tantum noxius est si pro meritis ac delictis meis nimium me deserere uolueris. quia nulla virtus humana si diutius in temptatione tuo deseratur auxilio. sua poterit constantia perdurare et non protinus aduersarij vel potentia vel factione succumbere. nisi tu ipse qui es humanarum virium conscius ac luctaminum moderator. non permiseris temptari nos super id quod possumus. sed feceris cum temptatōe et exitum ut sustinere possim.

pe 144

11A

Collatio quarta Abbatis Danielis

Tale quod et in iudicium libro super exterminatione gentium spiritualium que aduersantur israeli misse legimus designatum. De sunt gentes quas dominus dereliquit ut erudiret in eis israhel et haberet consuetudinem cum hostibus preliandi. Et iterum post pauca dimisitque eos deus ut in ipsis expiretur israhel et utrum audiret mandata domini que preceperat patribus eorum per manum moysi an non. Quas utique pugnam non inuidens deus quieti israhel nec male eidem consulens sed sciens esse utilissimam referuauit. ut duz gentium semper istarum impugnatione deprimatur nisi se sentiat auxilio domini non egere. et ob id semper in eius meditatione et inuocatione persistens. nec inerti ocio dissoluitur. nec bellandi usum et exercitia virtutis amittat. Frequenter enim quos superare non potuerunt aduersa. securitas et res prospere colliserunt.

De utilitate eius pugne quam apostolus ponit in colluctatione carnis et spiritus. Cap. vii.

Nanc pugnam utilitatis nostris que mensuris insertam. etiam in apostolo ita legimus. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. spiritus autem aduersus carnem. Nec autem inuicem aduersantur sibi. ut non quecumque uultis illa faciatis. Habes et hic pugnam inuisceratam quodammodo corpori nostro. dispensatione domini procurata. Quicquid enim generaliter et sine alicuius exceptione omnibus inest. quod aliud iudicari potest. nisi ipsi humane substantie post ruinas primi hominis uelut naturaliter attributus. et quod uniuersis conuenitum conuenitque deprehenditur. quomodo non credendum sit arbitrio domini non nocentis sed consulentis insertus. Causam uero huius belli. id est carnis et spiritus hanc esse describit. ut non inquit quecumque uultis illa faciatis. Ergo id quod procurauit deus ut non posset a nobis impleri. id est ut non quecumque volumus faciamus. quod aliud si impleatur credi potest esse quam nocuum. Et est quodammodo utilis

hec pugna dispensatione dei nobis inserta. et ad meliorem nos statum puocans atque compellens. qua pugna sublata perculdus bio pax e contrario perniciosa succedet.

Interrogatio quid sit quod in capitulo apostoli post aduersantes sibi concupiscentias carnis et spiritus tertia adijciatur uoluntas. Cap. viii.

Oermanus. Licet nobis quedam intellectus lineam preluere uideatur. tamen quia nec dum possumus apostoli sententiam ad liquidum peruidere. volumus hanc nobis aperiens explanari. Tres enim res hic indicari uidentur. Prima carnis aduersus spiritum pugna. Secunda spiritus aduersus carnis concupiscentia. Tertia uoluntas nostra que uelut media ponitur. de qua dicitur ut non quecumque uultis illa faciatis. Super qua re licet ut dixi suspirationes quasdam ex his que exposita sunt intelligentie colligamus. volumus tamen quia se huius collationis occasio dedit. aliquid nobis lucidius disputari.

Responsio de intellectu recte interrogantis. Cap. ix.

Daniel. Discernere diuisiones et lineas questionum portio intellectus est. et maxima pars intelligentie est scire quod nescis. Propter quod dicitur insipienti interroganti sapientia reputabitur. quia licet is qui interrogat uim propositae questionis ignoret. tamen quia prudenter inquirat. et quod non intelligebat intellexit. hoc ipsum illi reputatur ad sapientiam. eo quod quod nesciret prudenter agnouit. Secundum diuisionem itaque uestram tres res ab apostolo nominari uidentur. concupiscentia carnis aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem. que aduersus se inuicem pugna hanc uidetur habere causam atque prouentum. ut ea que nonolumus facere nequeamus. Quarta igitur superest causa quam minime uidistis uos. ut illud scilicet quod volumus faciamus. Nunc ergo opus est nobis ut prius duarum concupiscentiarum uim

De concupiscētia carnis et spūs

id est carnis et spiritus agnoscamus et ita tenū q̄ voluntas sit nostra que in vtrāq; posita est discutere valeam. deinde quid possit voluntatis nostre nō eē similiter discernamus.

Vocabulū carnis nō in vna significatione ponatur. Cap. x.

Vocabulum carnis in scripturis sanctis multifarie legimus nominari. Nam nōnunq; significat hominē integrum id est qui ex corpore constat et anima. ut ibi. **Et x̄bū caro factum est et videbit omnis caro salutare dei nostri.** Nōnunq; homines peccatores atq; carnales. ut ibi. **Non permanebit spiritus meus in hominibus istis eo q̄ sint caro.** Interdum p̄ ip̄s peccatū ponitur. ut ibi. **Vos aut̄ nō estis in carne s̄ in spiritu.** Et iterū. **Caro et sanguis regnū dei nō possidebūt.** Deniq; sequit̄. **Neq; corruptio incorruptelam possidebit.** Nōnunq; pro agnitione et p̄p̄itate. ut ibi. **Caro mea et ossa mea vos.** Et apostolus. **Si quomodo in emulationē inducā carnē meam et saluos faciā aliquos ex illis.** Querendū ergo nobis est: s̄m quā significatione ex his quattuor carnes hic debeamus accipere. Manifestum namq; est s̄m illud qd̄ positū est. **Et verbū caro factū est.** Vel illud. **Et videbit omnis caro salutare dei.** penit̄ stare n̄ posse. s̄ neq; s̄m illud qd̄ dicitur. **Non permanebit spiritus meus in hominibus istis eo q̄ sint caro.** quia nō sicut ibi abrupte de homine peccatore ita et h̄ ponitur caro cum dicit. **Caro concupiscit aduersus spiritum.** et spiritus aduersus carnem. Neq; enī de rebus substantialibus loquitur. s̄ de actualibus que in vno eodēq; hoīe vel pariter vel singillatim cum quadam temporis vicissitudine et mutatione luctantur.

Quid in hoc loco caro ab apostolo nominetur et quid sit concupiaspūs. Cap. xi.

Quam obrem in hoc loco carnē nō hominē id est hominis s̄

stantiam sed voluntatem carnis et desideria debemus pessima accipere sicut nec spiritum quidē aliquā rez substantialem. s̄ anime desideria bona et spiritualia significare sentimus. Quem sensum idem beatus ap̄lus in superioribus eiusdē sententiē euidenter expressit ita incipiens. **Dico aut̄. Spiritu ambulate et desideria carnis nō perficietis.** Caro enī concupiscit aduersus spiritū. spiritus vero aduersus carnem. **Hec aut̄ inuicē aduersantur sibi.** ut non quecūq; vultis illa faciat̄. **Que cū vtrāq; desideria.** id est carnis et spiritus in vno eodēq; sint homine intestinū quotidie intra nos geritur bellum. dum concupiscētia carnis que precipitātē fertur ad vicia. his q̄ ad p̄sentem requiem pertinent. et temporalibus delicijs gaudet. Quibus ecōtra concupiscētia spiritus aduersata ita desiderat tota spiritualibus studijs inherere. ut etiam necessarios carnis vsus optet excludere sic illis iugiter occupari festinans. ut nullaz penitus fragilitati eius curam cupiat impartiri. Caro luxurijs ac libidine delectatur. spiritus ne ipsis quidem naturalibus delicijs acquiescat. **Illa concupiscit satiari somno repleti cibo.** **Hic vigilijs et ieiunijs ita saginatur** ut ne ad ip̄m quidē necessariū vite vsus somnū cibumq; velit admittere. **Illa cupit exuberare copijs vniuersis.** hic ne ip̄s quidem angusti panis quotidianaz s̄bam habere contentus est. **Lauachris illa nitescere et quotidianis aduētū turmis appetit constipari.** **Hic squalore inaccessibilis heremi pascitur.** cunctozq; mortaliū p̄ntiam perhorrescit. **Honoribus illa et laudib; hominū confonetur.** **Hic interrogatis sibi p̄tumelijs iniurijsq; letatur.**

Que sit volūtas nostra q̄ inter concupiscētiā carnis et spiritus ponitur. Cap. xij.

Quod si has igitur vtrāq; concupiscētiā anime voluntas in meditullio quodā p̄superabit

omnis h̄c dicitur

Collatio quarta Abbatis Danielis

liore consistens nec vicioꝝ flagitijs oblectatur. nec virtutu laboribꝫ acquiescit. sic querēs a passionibꝫ carnalibus tēpe rari. vt nequa qꝫ velit dolores necessari os sustinere. sine quibus virtutes spiritꝫ nequēt possideri. absqꝫ castigatōe carnis castimoniam cupiens corpus obtinere. sine vigilijs labore cordis acquirere puritatē. cū requie carnis spiritualibꝫ virtutibꝫ exuberare. absqꝫ vlliꝫ exasperatōe cōuicij patientie gratiam possidere. humilitatē christi sine honorū mundi exercere. iactura. religionis simplicitatē cū seculi ambitione sectari. christo cū hominum laude ac feruore huire. districtioneꝝ veritatis sine cuiuspiā vel tenui offensione. pferre. **P**ostremo sic vult futura consequi. vt presentia nō amittat. **Q**ue voluntas nunqꝫ nos ad perfectionē veram faceret peruenire. sꝫ in tepore quodam terribilo collocaret. talesqꝫ faceret qꝫles illi sunt qꝫ i apocalippi increpatōe dñi castigant. scio opera tua. quia neqꝫ calidꝫ es neqꝫ frigidꝫ. vti nā frigidꝫ es aut calidꝫ. nūc aut quia tepidꝫ es. incipiam teuomere de ore meo. nisi hunc tepidissimū statū alitru secus hec insurgētia bella dirūpent. **Q**uāz cū famulantes huic voluntati nostre ad hanc remissionē voluerimus nosmetipos paululū relaxare. confestim aculei carnis insurgūt. si illqꝫ nos vicijs ꝫ passionibꝫ sauciātes nequa qꝫ in illa qua delectamur puritatis qualitate stare pmittunt. atqꝫ ad illam quā hōremꝫ frigidā voluptatē. plenāqꝫ sentibus pertrahunt vias. **R**ursus si spiritus feruore succensi opa carnis volentes extinguere. sine vllō respectu fragilitatis hūane totos nosmetipos temptauerimus ad imoderata virtutum studia cordis elatione conferre. interpellās imbecillitas carnis ab illa reprobensibili nimietate spiritus renocat ac retardat et ita fit vt viraqꝫ concupiscētia tali colluctatōe alterna libimet repugnāte. anime voluntas que nec totā se carnalibus desiderijs ꝫdere. nec virtutu vult labo

ribus desudare quodāmodo iusto moderamē temperetur. dñi hec inter vtraqꝫ cōtentio. illam perniciosiorem excludēs anime voluntatē. vt quādam equitatis librā i statera nostri corporis collocat qꝫ spiritus carnisqꝫ cōfinia iusto discernit examine. nec a dextris mentē spūs ardore succensam. nec a leua carnē viciorum aculeis preponderare permittit. **D**um hꝫ pugna quotidianis diebꝫ vtiliter exagitur in nobis. ad illud quartū qd nolumus salubriter venire cōpellimur. vt puritatē cordis nō ocio nec securitate. sꝫ vngi sudore et cōtritione spiritus acquiramus. castitatem qꝫ carnis districtis icētijs fame ꝫ siti ac vigilantia retētemus. directionē etiā cordis. lectione. vigilijs. oratione cōtinua. et solitudinis squalore capiamus. patientiā tribulationū exercitijs retentemus. cū blasphemijs ꝫ opprobrijs. saturitate nostro fruamur auctori. veritatē cū inuidia mūdi illius ꝫ inimicijs si necesse fuerit exequamur. et tali colluctatione in nostro corpore militate. ptractis nobis ab hac ignaua securitate atqꝫ ad illū quē volumus laborem ac virtutis studia puocatis equitas optime media retineatur. et tepidū nre voluntatis arbitrium. hinc spiritus feruor illinc carnis gelidissimus rigor. moderatissimo calore cōtēperet. ac neqꝫ ad effrenata vicia mentē ptrabi concupiscētia spiritus sinat. nec rursus ad virtutu irrationabiles appetitꝫ fragilitas carnis spiritū patiat extolli. ne vel inde oigenū pullulent fomites vicioꝝ. vꝫ hinc elatio morbi principalis emergens telo nos superbie granioꝝe cōfodiat. sꝫ pugne horū equa libratio iuste succedēs sanā ꝫ moderatā inter vtraqꝫ virtutu referuet viam. itinere regio docēs militē christi semper incedere. atꝫ ita fit vt cū p tepore hūnis quā diximus ignauissime voluntatis ppenius mēs ad desideria carnis fuerit deuoluta. spiritus ꝫcupiscētia refrēntur. nequa qꝫ ea vicijs acquiescente teterimur. rursumqꝫ si immoderato feruore

De concupiscētia carnis et spūs

per excessum cordis ad impossibilia fuerit spiritus nos ter et inconsiderata preceptus infirmitate carnis ad iustum retrahatur exāte et transcendēs volūtatis no strepidissimū statū cōmodissima tēperie planoq; tramite cū sudoris industria viam perfectiōis incedat. Simile quid etiā i illius turris extractiōe legimus a domino dispensatum in libro geneleos vbi linguarū obozta repente cōfusio sacrilegos ausus hominū nefandosq; cōpescuit. Permansisset enī etiam ibi aduersus deū immo aduersus eos qui diuinā eius attēptare ceperāt maiestatem consensus noxiū nisi eos dispensatiōe dei repugnās inter se diuersitas lingue per dissonantiā vocis in meliōre statum pficere compulisset et quos ad excidiū sui animauerat pernicioza cōsensio ad salutem reuocasset bona vtilisq; discordia incipientes scz humanā fragilitatē intercedente diuisione sentire quā p noxiā conspiratiōe elati antea nesciebāt.

De vtilitate cunctationis q̄ ex collectatiōe oritur carnis et spiritus. Cap. xiiij.

Tantum vero vtilis nobis ex huius pugne diuersitate cunctatio nascitur et salutaris ex hac pcertatiōe dilatio vt resistente soliditate corporea dū ab eoz effectu q̄ nequit mēte concipimus retardamur non unq; in meliorem statū seu penitudine sbsequēte seu emendatiōe quadam que solet p crassinatione operis et recogitatione inueniente descendere corrigam. Deniq; hos quos intelligimus ad voluntatū suarū delicia perficienda nullo carnis obstaculo retardari demones scz ac spirituales nequitias et quidē cū sint de emi nētiore āgeloz ordine deuoluti detestabiliōres eē hominib; ptemplamur eo q; possibilitate eozū desiderijs adiacēte id qd nequiter semel pceperint irrenocabili malo perficere nō morētur quia sicut est anim⁹ velox ad excogitandū sic ad pficiendū pernix et absoluta substantia et

dū supeditat eis prona facilitas ea que voluerit peragendi pceptū malū nulla intercedens deliberatio salutaris emendat.

De inemendabili malicia spiritualium nequiciarū. Cap. xiiij

Spiritualis nanq; sba nec vlla carnis soliditate deuicta vt excusationē exorte in se prauē nō recipit voluntatis ita veniā malignitatis excludit quia nulla quemadmodū nos ad peccandū impugnatione carnis extrinsecus lacessita est h vicio soli male voluntatis accensa et ob hoc sine veniā peccatū et languor sine remedio est. Sicut enī nulla sollicitate terrena materia corrumpit ita ne indulgentiā quidem aut locū penitudinis obtinere p̄t. Quibus ex rebus euidenter colligitur q; nō solū noxia nō sit hec que contra se inimicē suscitatur in nobis carnis spiritusq; cōtentio verū etiā multā pferat vtilitates.

Quid nobis p̄sit carnis aduersus spiritū concupia. Cap. xv.

Primo q; delicias ac negligentias nostras statim arguit et vt qdā diligentissim⁹ pedagog⁹ a districtiōis et discipline rectitudinē nos deuolare cōcedens si paululū qd securitas nostra mensurā congrue serietatis districtiōisq; excesserit flagellis incentiū stimulat confestim et increpat atq; ad cōpetentem reuocat parcitatem. Secūdo q; pro castimonie ac puritatis integritate cū dei gratia concedente ita nos longo tpe genitali pollutione viderimus immunes vt ne ipsa quidem simplici cōmotione carnis vltius nos inquietandos esse credamus et per hoc velut qui nō gestemus corruptela carnis in secretis p̄scientie nostre fuerimus elati suo nos rursum quāuis q̄eto ac simplici visitans fluxu humiliat ac retūdit nosq; homines esse stimulis suis ammonet. Quodāmodo enī cū in ceteris generibus vicioz et quidem grauiorib; magisq; noxijs indifferētius solē in cur-

Collatio quarta Abbatis Danielis

rere nec tā facile i eoz cōpungamur ad-
missu. in hoc peculiarius hūilitatē consciē-
tia nra. per qz hanc illusionē neglectarū
quoqz passionū recordatione mordet.
evidenter intelligens immūdas se factā
naturalibus incentiuis. quē cū esset im-
mūdiōz spiritualibz vicijs ignorabat. 7 re-
currens p̄tinus ad emendationē anteri-
oris ignauiē cōmonetur pariter ne sup-
successibz preterite puritatis debere con-
fidere. quā se perspiciat pusillūz quid de-
clinantem a domino perdidisse. nec posse
huius purificationis donū nisi per soli-
us dei gratiā possidere. docentibus nos
quodāmodo ipsius rei expimētis. vt si i-
tegritatē cordis perpetuo p̄sequi delect-
tamur. hūilitatis studeamus virtutē in-
giter obtinere.

**De incētibus carnis quibus vt
humiliaremur grauius tenere-
mur** **Cap. xvi.**

Huius igitur puritatis elatio-
nem p̄niciosiorē futurā cūctis
sceleribus atqz flagitijs. et ob
hanc nihil nos emolumētū cōsecuturos
p̄ qualibet castitatis integritate. testatur
ille virtutes quarū superius fecim⁹ me-
tionē. q̄ cū nullas huiusmodi titillatōes
carnis habuisse credatur ob solā cordis
elationē p̄petua ruina de sublimi celesti-
qz statione deiecte sunt. **Essemus** itaqz
penit⁹ absqz remedio tepidi. vt pote non
habētes indicē negligentie nostre. vel in
corpe nro aut in consciētis p̄p̄is insidē-
tem. nec studeamus ad perfectionis p̄-
uenire seruoze. sed nec frugalitatis q̄dez
distinctionē vel cōtinentiā tenerem⁹. ni-
si nos hec titillatio carnis increfēs hūi-
liaret atqz retunderet. aduersus spirita-
liū quoqz viciōz purgationē sollicitos
redderet 7 intentos.

De eunuchorum tepore.
Cap. xvii.

Quiqz in his q̄ spadones sunt
corpe idcirco hūc aīe teporem
plēnūqz inesse reprehēdim⁹. qz
velut soluti ab hac necessitate carnali-

nec labore p̄tinentie corporalis. nec cōtri-
tione cordis se estimant indigere. et hac
securitate resoluti. nunqz perfectionē cor-
dis sed nec spiritualiū quidē viciōz pur-
gationē vel querere in veritate vel possi-
dere festinat. **Qui** status a carnali q̄li-
tate descendens efficitur aīalis. qui est p̄
culdubio deterior gradus. ipse est enīz q̄
de frigido ad tepidum trāsiens. detesta-
bilior dñi voce signatur.

**Interrogatio quid intersit inter
carnalem et aīnalem. Cap. xviii.**

Ermanus. De vtilitate col-
luctationis quē inter carnem 7
spiritū suscitatur. quātūz vide-
tur nobis euidenter expressum est. ita vt
eam ipis quodāmodo manibz nris pal-
pabilem factā esse credamus. **Et** idcir-
co hanc quoqz rationē nobis similē cu-
pimus aperiri. quid intersit inter carna-
lem 7 aīalem virū. vel quēadmodūz aīa-
lis carnali possit esse deterior.

De triplici aīarū statu. Cap. xix.

Aniel. Scdm̄ diffinīōz scri-
pture tres sunt aīarū status.
Primus carnalis. **Secūdus**
aīalis. **Tertius** spiritalis. Quos in apo-
stolo ita legimus designari. **Quam** d̄ car-
nali d̄. **Lac** vob̄ potū tedi nō escā. nec
dū eī poterat. **En** adhuc q̄dē potest. ad
huc enī est carnalis. **Et** iterū. **Ubi** eī est
inter vos zelus 7 p̄tētio. nonne carnalis
estis. **De** aīali qz alit̄ cōmemorat. **Anīa**
lis aut̄ hō nō p̄cipit ea q̄ sunt spirīt⁹ dei
stultitia eī illi. **De** spiritali x̄o. **Spiri-**
tal̄ at̄ exāniat oīa. ipse aut̄ a nemine iudi-
cat. **Et** iterū. **Vos** aut̄ q̄ spirituales estis
instruite eos q̄ cuiusmodi sunt in spū leni-
tatis. **Ita** qz festinādū est nob̄ vt cū renū-
ciātes desiderimus esse carnalis. id ē a se-
culariū cepimus cōuersatiōe sc̄nngi. et
ab illa manifesta carnis pollutione cessa-
re. **Spiritalē** sensum. p̄tinus apprehēde-
re tota p̄tute nitam̄. ne forte blandiētes
nob̄ qz videmur fm̄ exteriorēz hominē
huic renūciasse mūdo. vel carnaliū forni-
cationū deseruisse cōtagia. tāqz q̄ sum-

De concupiscētia carnis et spūs

mā perfectionē p hoc apprehēderim? re-
missiores deinceps erga emūdatōne ce-
terarū passionū lentioresq; reddamur.
z inter vtraq; detenti gradus spiritualis
pfectus asseq; neq; amur. exultantes ad
pfectionē nob abūde sufficere. q; exte-
re boie videamur de puerfatione mundi
hui? ac voluptatib; segregari. vel q; im-
munes sumus a corruptela et cōmixtio-
ne carnali. et ita inuēti in illo tepido sta-
tu. q; deterrim? iudicat. euomendos nos
ex ore dñi fm eius sniaz nouerim? ita di-
centis. **U**nā calidus esses aut frigid?
nūc aut tepidus es z incipiā te euomere
ex ore meo. **N**ec imerito eos dñs. q; iam
viscerib; recepat charitatis. noxios z te-
pfectos. cū qdā cōnulsioe pectoris sui
euomēdos eē. pnūciat. q; cū salutarē qd.
ā modo ei potuissent prebere sbam. euelli
ab eius viscerib; maluerūt. tāto deterio-
res effecti illis q; nūq; ori dñi illati sunt
cibus. q;nto id qd nausea cōpellēte. pici-
mus odibilis detestamur. **Q**uicqd; cū
frigidū est. etiā ore susceptū vertit in ca-
lores. z saluifera suauitate percipit. qd
aut semel vicio teporis abiectū est. nō di-
cā labijs admonere. s; eita emin? itueri si-
ne ingenti horrore nō possumus. **R**ectis-
sime ergo pnūciatur esse deterior. q; faci-
lius ad salutarē puerfationē ac pfectio-
nis fastigiū carnalis q; id est seculari v-
gētilis accedit. q; is q; professus mona-
chū. nec tñ viā perfectionis arripies fm
regulaz disciplinē. ab illo semel spiritali
feruore segnis discessit. **I**lle nāq; corpo-
ralib; saltē vicijs hūiliatus atq; imūdiū
se sentiēs ptagione carnali. ad fontē ve-
re purificatiōis ac perfectionis culmen.
quq; cōpūct? accurrit. z hōrefcēs illuz
in quo est infidelitatis gelidissimū statū
spiritus ardore succēsus ad perfectionē
facilius cōuolabit. **Q**ā q; semel vt dixi-
mus tepido exorsus initio monachi ce-
pit abuti vocabulo. nec tñ hūilitate ac
feruore quo debuit iter huius pfectiōis
arripuit. infectus semel hac miserabili
lye z in ea qdā modo resolut? nec ex se

ulteri? pfecta sapere. nec alteri? poterit mo-
nitis erudiri. **D**icit ei in corde suo fm il-
lā sniam. q; diues sum z locuples. z nul-
lius egeo. **C**ui illud q; qd s;sequit? con-
sequēter aprabit. tu aut es miser z mise-
rabilis. z paup; z cecus z nud? i eo fact?
etiā seculari deterior. q; nec miserū se nec
cecu ac nudū aut emēdatōne dignū. vel
egere monitis alicuius aut institutione
cognoscit. et ob hoc nec exhortationē q;
dem vlla; verbi salutaris admittit. nō i-
telligēs ipē monachi se noie pregrauari
ac tepmi opinione cūctoz. qua dū cre-
ditur ab oib; sanctus. et velut dei famu-
lus colit. necesse est vt in futuro vehemē-
tiori iudicio penesq; subdat. **P**ostremo
qd diuti? immozamur i his q; nobis ex-
perimēto satis cōpta sunt ac pbata. Fre-
quēter enī vidimus de frigidis atq; car-
nalib; i. d; secularib; ac paganis. ad spli-
ritalē peruenisse feruore de tepidis atq;
aialib; omnino nō vidim?. **Q**uos etiā p
pphetā ita legim? dñm detestari. vt spiri-
talib; viris atq; doctorib; piciatur. vt
ab eis monēdis docēdisq; discedāt. z ne
qua; velut in sterili atq; infructuosa ter-
ra noxissq; sentib; occupata. semē verbi
salutaris expendant. s; vt ptenentes ea;
nouā potius excolāt terrā. i. erga paga-
nos ac seculares omnē doctrine culturā
ac verbi transferāt salutaris instantiaz.
qd ita legit. **N**ec dicit dñs viro iuda et
habitatorib; hienusalē. **R**ouate noua
le. et nolite serere sup spinas.

De male abrenūciātib; c. xx.

Quicqd; qd pudet dicere ita ple-
rosq; abrenūciāsse cōspicimus
vt nihil āplius immutasse de
anterioribus vicijs ac mori-
b; cōprobētur. nisi ordines tantūmodo
atq; habitū secularē. **N**am z acquirere
pecunias gestiūt. q; nec ante possederūt
vel certe quas habuerūt retinere nō de-
sinūt. aut qd est lugubrius etiā amplifi-
care desiderāt. s; hoc pretextu. vel famu-
los sp; exande vel fratres alere se debere in-
stū esse contēdūt. vel certe odietū congre-

Collatio quarta Abbatis Danielis

gadi cetus refuāt quos velut abbates
instituire se posse presumunt. Quod si in ve-
ritate viā pfectōis inq̄rerēt hoc ponō to-
ta virtute p̄ficere niterent. vt sc̄z exuti nō
solū pecunijs. s̄ etiā affectiōibz p̄stinis z
dissentionibz vniūsis. semetip̄os singu-
lares ac nudos ita s̄b seniorū imperiō col-
locarēt. vt curā nō modo aliorū nulla z.
s̄ ne sui quidē gererēt. Ecōtrario autēz
euenit. vt dū fratribz p̄esse festināt. nū-
q̄ senioribz ip̄i subijciātur. z a superbia
inchoātes dū instituire cupiūt. nec disce-
re ip̄i nec agere ea que sunt deo agenda
mereātur. Quibz necesse est vt s̄m salua-
toris sn̄iam ceci duces cecoz effecti. pa-
riter in foneā cadant. Cuius sup̄bie licz
vnū sit genus. duplex t̄m eius est species.
vna q̄ serietatē grauitatēqz ingiter imi-
tatur. alia q̄ effrenata libertate in caebi-
nos fatuos n̄sulqz dissoluit. Et illa qui
dem taciturnitate congaudet. hec vero
dedignat silentio coartari. nec confun-
dit passim. ploq̄. etiā res incognas z i-
eptas. dū erubescit vel inferior ceteris vl-
indocior iudicari. Alia ob elationē de-
ricatus ambit officii. altera despiciē. vt
pote indicās illud. aut dignitati p̄stite
aut vite ac nataliū suorū meritis incō-
gruū vel indignū. Quarū q̄ deterior. p̄-
nūcianda sit. vniūscuiusqz discutiat
ac p̄pendat examē. Anū sane atqz idez
inobediētie genus est. vl. p̄pter opatiōis
instantiā. vel p̄pter ocij desiderii seniorū
violare mandatū. tanqz disp̄diosum ē
p̄ somno q̄z p̄ vigilantia monasterij sta-
tuta p̄uellere. Tantū deniqz est abbat̄
transire p̄ceptū vt legas. q̄ntū si cōtem-
nas vt dormias. nec aliq̄ superbie fomes
est. p̄iciunio fratre q̄z p̄ refectiōe p̄tēne-
re. nisi q̄ p̄nciosiora et a remedijs longi-
quiora sunt vicia que sub specie virtutū
z imagine spiritaliū rerū vident emerge-
re. q̄ illa q̄ ex aperta carnali voluptate
gignūtur. Hec enī velut palaz expositi
ac manifesti languores. et arguūtur co-
minus z sanātur. illa vero dū p̄textu
virtutū teguntur. incurata p̄durāt et dece-

ptos quosqz periculosius faciunt ac de-
speratius egrotare.

**De his qui cōtēptis magnis oc-
cupatur in paruis. Cap. xxi.**

Iam illud ridiculū q̄liter expri-
mat. q̄ nō nullos post prime re-
nūciatiōis ardorez. quo vel res
familiares vel opes plurimas ac militi-
am seculi relinquētes semetip̄os ad mo-
nasteria cōtulerūt. tāto cernim⁹ studio
in his que penitus abscondi nō possunt. z
q̄ nequeāt in h̄ ordine nō haberi. q̄uis
parua viliaqz sint. esse deuinctos. vt ho-
rū cura p̄stinariū oim facultatū su peret
passionē. Quibz p̄fecto nō magne pro-
derit maiores opes ac s̄bas cōtēpisse. qz
affectus earū ob q̄s ille contēpte sunt in-
res paruas atqz exiguas transfulerunt.
Nā viciū cupiditatis z auaricie qd̄ er-
ga sp̄s preciosas exercere non possunt.
circa viliores materias retinētes. n̄ abs-
cidisse s̄ immutasse. p̄bāt p̄stinā passio-
nē. Nam nimia deuicti diligentia erga
curā p̄statiū. sportelle sagelli. codicū mat-
te aliarūqz similiū rerū. q̄uis vilissima-
rū eadē t̄m qua antea libidine detinētur.
Que etiā tanta emulatione custodiunt
atqz defendūt. vt p̄ ip̄is aduersus fratre
cōmoueri. atqz litigare qd̄ etiā turpius
est nō pudeat. In quibz adhuc egritudē
ne cupiditatis p̄stine laborātes. s̄ eadē
q̄ vsus corp̄is possidere monachum vel
necessitas cogit. hi sc̄dm numerū mensur-
rāqz cōmunē nō sūt h̄re p̄tēti. in hoc qz
sui cordis auariciam designātes. cū vel
ea quibz vti necesse est p̄pensius student
habere q̄ ceteri. vel excedentes diligētie
modū peculiarius ea attēnisqz custodē-
unt. et ab aliorū p̄trectatione defendūt.
q̄ vniuersis fratribz debēt ee cōmunia.
quali h̄o differētia tātmōdo metallo-
rū. et nō ip̄a passio cupiditatis habeat
innocia. z cū p̄ rebz quidem magnis ira-
sci nō liceat. p̄ vilioribz vero hoc ip̄m fe-
cisse sine culpa sit. et nō idcirco precio-
res abiecerimus materias. vt facili⁹ dis-

Capitula

cerem⁹ vilioza hēnere. Quid enī differt
vtrū quis perturbationē cupiditatis er
ga opes amplas atq; magnificas. an er
ga viliores exerceat species. nisi q; i eore
prebēlibilior iudicāndus est. q; qui maxi
ma spreuerit in minimis obligetur. In
perfectionē cordis abrenūciatio illa nō
obtinēt q; cū censum habeat pauperis.
nō abijcit diuinitatem.

**Explicit collatio abbatis dani
elis de concupiscentia carnis et
spiritus. Incipiunt capitula col
lationis serapionis abbatis de
octo principalibus vicijs. La. i.**

- A**duentus noster ad abbatis se
rapionis cellā. et inq̄sitiō de ge
nerib; et impugnatione vicioꝝ.
- i** Narratio abbatis serapionis de
octo principalibus vicijs.
- ii** De duob; vicioꝝ generib; et effi
cientia eoz quā adripartita.
- iii** Recapitulatio de castimargie et
fornicationis passiōe et curatio
necarum.
- iv** Quō dñs n̄ solus absq; pecca
to temptatus sit.
- v** De rōe tēptatiōis quā a diabolo
tēptatus est dñs.
- vi** De cōsumptione cenodoxie et
supbie sine misterio corporali.
- vii** De silargia q; extra natam sit
et qd̄ intetlit inter ipam et natu
ralia vicia.
- viii** De ira atq; tristitia q; inter acci
dentia vicia plerumq; inueni
antur.
- ix** De sex vicioꝝ p̄cordia et duozū
ab eis dissidentū cognatiōe.
- x** De origine et qualitate vnuscu
iusq; vicij.
- xi** In q̄ sit utilis cenodoxia.
- xii** De varia oppugnatione oīz vicioꝝ.
- xiii** De instituēdo aduersus vicia cer
tamie h̄m ipoz infestationē.
- xiv** Quid nos posse aduersum vicia

sine auxilio dei nec debere nos. i
eoz extolli victoria.

- xv** De significatiōe septē gētū q; is
rael accepit tras. et q̄re alibi sep
tē alibi mille gētes eē dicantur.
- xvi** Interrogatio de cōpatiōe septē
gentū et octo vicioꝝ.
- xvii** Respōsio quō h̄m octo vicia oc
to gentū numerus implet.
- xviii** Cur vna gēs qd̄ de deseri septē ve
ro in bētur extingui.
- xix** De natura castimargie ad simi
litudinē aq̄le cōparade.
- xx** De perseverantia castimargie ad
ūsus philosophos disputata.
- xxi** Cur abate predixerit deus decē
gentes expugnandas a populo is
rael.
- xxii** Quomodo utile nobis sit vicio
rum terras possidere.
- xxiii** De terre de qb; expulsus sunt po
puli chananeoz semini sem fix
erit deputate.
- xxiv** Testimonia diuersa super signifi
catione octo vicioꝝ.
- xxv** De venia passiōe gula impendē
dus sit labor ad virtutes ceteras
obtinendas.
- xxvi** De nō idē ordo p̄reiorū sit q; p̄s
nitur in cathalogo vicioꝝ.

**Explicit capitula. Incipit col
latio serapionis de octo princi
palibus vicijs. Cap. i.**

Nillo
cetu antiquissi
moz senum fuit
vir noīe serapi
on ad p̄mē gra
tia discretiōisoz
nat. cui collati
onē ope p̄ciū reoz l̄ris f̄dere. Ambicū
enī nob; vt de impugnatione vicioꝝ aliq̄
disputaret. qb; origines eoz et cause ma
nifestius p̄aderēt. ita exorsus est.
**Narratio abbatis serapionis de
octo principalibus vicijs. La. ii.**

Collatio quinta Abbatis Serapionis

Octo sunt principalia vicia quae huiusmodi manu infestant genus. i. primus castrimargia quod sonat ventris ingluties. Secundum fornicatio. Tertium filargiria. id est auaricia sine amor pecunie. Quartum ira. Quintum tristitia. Sextum accidia. id est anxietas sine tedium cordis. Septimum cenodoxia. id est iactantia seu vana gloria. Octavum superbia.

De duobus vicioz generibus et efficiencia eozum quadripartita

Lap. iij.
Huiusmodi igitur vicioz genera sunt duo. Aut enim naturalia sunt ut castrimargia. aut extra naturam ut filargiria. Efficiencia vero quadripartita est. Quedam enim sine actione carnali comminari non possunt ut est castrimargia et fornicatio. quedam vero etiam sine vlla corporis actione complentur. ut est superbia et cenodoxia. nonnulla commotionis suae causa extrinsecus accipiunt. ut est filargiria et ira. alia vero intestinis motibus excitantur. ut est accidia atque tristitia.

Recapitulatio de castrimargie et fornicationis passione et curatione earum. Lap. iij.

Et ut haec eadem disputatione quantum possumus non solum breui sed etiam scripturarum testimonijs manifestiora reddamus. castrimargia et fornicatio cum naturaliter nobis insint. nam non nisi quae etiam sine vlllo aegritudine solo instigatione ac pruritu carnis oriuntur. materia tamen ut consummatur egent extrinsecus. et ita in effectum corporali actione perveniunt. Unusquisque ei temptat propria concupiscencia. deinde concupiscencia cum fuerit concepta pariet peccatum. Peccatum vero cum fuerit consummatum generat mortem. Nam nec primus adhaec per castrimargiam recipi potuit nisi esse materiam habes in promptu. abusus ea fuisset illicite. nec secus sine cuiusdam materie illicitatione temptatur cum dicitur ei. si filius dei es dic ut lapides isti panes fiat. Fornicatio quae quod non nisi per

corpore proficiat omnibus patet. ita de spiritu dicitur te deo ad beatum iob. Et spiritus eius in labiis et praescit super umbilicum ventris. Ideoque huiusmodi spiritus duo quae misterio carnis explent. extra illam spirituale aegritudine curam egent. peculiariter etiam continentia corporali. Si quidem ad retinendum horum stimulos non sufficit mentis intentio. ut nonnumquam solet aduersus iram seu tristitiam ceterasque fieri passiones. quae etiam sine vlla carnis afflictione sola nouit expugnare mentis industria. nisi etiam castigatio corporalis accesserit. quae ieiunijs. vigilijs et operis strictione proficiat. hisque fuerit remotio localis adiuncta. quae sicut a bonorum vicio. id est aegritudine et corporis generant. ita superari nisi vtriusque labore non potest. Et licet beatus apostolus omnia vicia generaliter pronunciauerit esse carnalia. si quidem inimicitias et iras atque bestes inter cetera carnis opera numerauerit. nos tamen ad illorum curationes atque naturas diligenter colligendas duplici ea divisione distinguimus. Nam ex his quaedam dicimus esse carnalia. quaedam vero spiritualia. et illa quaedam carnalia quae spiritaliter ad fortitudo et ad sensum pertinet carnis. quibus illa ita delectatur ac palcitur. ut etiam quae icitet mentes. inuitasque eas nonnumquam pertrahat ad suae voluntatis affectum sensum. De quibus beatus apostolus. In quibus ait et nos omnes aliquando pulsati sumus in desiderijs carnis nostrae facientes voluntatem carnis et cogitationum. et eramus natura filij ire sicut et ceteri. Spiritualia vero dicimus quae instinctu anime solius orta. non solum nihil voluptatis conferunt carni. sed etiam gravissimis eam languoribus afficiunt. miserime iocunditatis pastu animam tantum nutriunt egrotantem. Et idcirco haec quaedam simplici cordis indigent medicina. quae autem carnalia sunt non nisi duplici quemadmodum diximus ad sanitatem curatione perveniunt. Unde puritas restudentibus plurimum confert. vtilium naturalium passionum ipsas materias sibi primitus subtrahat. quibus potest vel occasio vel recordatio eandem passionem egrotanti adhuc anime generari. Necesse est enim ut morbo duplici duplex adhibeatur.

De octo principalibus vitijs

beatatur curatio. Nam corpori ne concupiscentia in effectum tempter. prumper necessario effigies et materia illicita subtrahenda est. et anime nihilominus ne ea vel cogitatione concipiat. attentior meditatio scripturarum et sollicitudo pernegit ac remotio solitudinis apponenda. In ceteris autem vitijs humana consortia nihil obsunt. quinimo etiam plurimum conferunt his qui carere eis in veritate desiderant quia frequentia hominum magis arguuntur. et dum laesita crebrius manifestatur. celeri medicina perueniunt ad salutem.

Quomodo dominus noster solus absque peccato temptatus sit.

Lap. v.

Ideoque dominus noster iesus christus cum apostoli pronunciant sententia temptatus fuisse per omnia secundum similitudines nostram. dicitur tamen absque peccato. id est absque huius passionis contagio. neque seculos concupiscentie carnalis expertus. quibus nos necesse est etiam ignorantes inuitosque compungi. quippe cui nulla inerat similitudo seminationis vel conceptionis humane. ita rationem conceptus eius archangelo nunciante. Spiritus sanctus superveniet in te. et viri altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum. vocabitur filius dei.

De ratione temptationis quam diabolo temptatus est dominus. Lap. vi.

Illis enim passionibus etiam ipse temptari debuit. incorruptam imaginem dei ac similitudinem possidens. in quibus et adam temptatus est. cum adhuc in illa inviolata dei imagine perduraret. hoc est castimargia. cenodoxia. superbia. non in quibus post prevaricationem mandati imagine dei ac similitudine violata. suo iam vicio devolutus involuit. Castimargia namque est qua interditi ligni presumit edulium. cenodoxia qua dicitur aperiri oculi veri. superbia qua dicitur. erig sicut dii scientes bo-

num et malum. In his tribus vitijs etiam dominus saluatore legimus fuisse temptatum. Castimargia cum dicitur ei a diabolo. Dic ut lapides isti panes fiant. Cenodoxia. Si filius dei es. mitte te deorsum. Superbia. cum ostendens illi omnia regna mundi et eorum gloriam dicit. Nec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. ut isdem quibus ille temptationum lineis est appetitus nos quoque quemadmodum temptatore viderere deberemus suo doceret exemplo. Ideoque et ille adam dicitur. et iste adam. Ille primus ad ruinam et mortem. Hic primus ad resurrectionem et vitam. Per illam omnem genus hominum condemnatur. per istam omnem genus hominum liberatur. Ille de ruina atque intacta fingitur terra. Hic de maria virgine peccatur. Huius ergo ut sit scipere enim temptationes oportuit. ita excedere necessarium non fuit. Nec enim qui castimargiam vicerat. poterat fornicatione temptari. que ex illius abundantia ac radice procedit. quia ne ille quidem primus adam fuisset elusus. nisi ante genitricem passionem deceptus illecebris diaboli recepisset. Et ob hoc filius dei non absolute in carne peccati venisse dicitur. sed in similitudine carnis peccati. quia cum esset in vera carne manducans seque bibens et dormiens. clavorum quoque confixione in veritate suscipiens. peccatum eius quod prevaricatione contraxit. verum non habuit sed imaginari. Non enim ignitos aculeos concupiscentie carnalis expertus est. qui etiam nolentibus nobis natura iam ministrante consurgunt. sed huius quondam similitudinem naturam participando suscepit. Nam cum omnia que officij nostri sunt in veritate compleret. et universas infirmitates gestaret humanas. consequenter huic quoque passioni putatus est subiacere. ut per has infirmitates etiam conditionem huius quoque vicij atque peccati videretur in sua carne portare. Denique in his cum tantummodo vicijs diabolus temptat. in quibus etiam illuz primus deceptus. coniiciens hunc quoque velut

que si non sunt temptati
ad se lucem

put

Collatio quinta Abbatis Serapionis

hominē sicut in ceteris illudendum. si euz
in illis quibz priorē deiecerat sensisset ei
sum. Verū ei scdm iam morbz q̄ tēra
dice principalis vicij pullularat. primo
certamine cōfutatus inferre nō potuit.
Videbat ei nullatenus eū initialē cau-
sam egritudinis huius suscepisse. eratqz
superfluū sperari ab eo fructū peccati cu-
ius cum semina vel radices nullomodo
recepisse cernebat. Licet fm lucam qui
postremā temptationē illam ponit. qua
dicitur. Si filius dei es mitte te deorsuz
hec superbie passio possit intelligi. ita vt
illa supior quā matheus tertiā ponit. in
qua iuxta predictū lucam euangelistaz
omnia ei regna mūdi in pūcto temporis
ostendens diabolus reprōmittit. accipi-
atur passio filargirie. q̄ scilicet post castri-
margie victoriā fornicatione eū tempta-
re nō preualens ad filargiriā transierit
qm radicē maloz oim nouerat. in q̄ itez
superatus. nullū ei viciū ex his q̄ seque-
batur eam ausus ē ingerere. quippe que
nouerat de eius radice ac fomite pullu-
lare. ad extremā superbie transierit pas-
sionē. qua nouerat etiā perfectos quosqz
denictis omibz vicijz posse pulsari
qua etiā vel seipm cum esset vt lucifer vl
cōplures alios absqz vllō incitamento
precedentiū passionū de celestibz memi-
nerat corruisse. Juxta hūc ergo quē pre-
diximus ordinē qui ab euangelista luca
describit. etiā ipa illa illicitatio z figura
temptationū quibz vel illū primū vlistū
scdm adam callidissim⁹ aggreditur in-
imicus elegantissime cōgruit. Illi nāqz
dicit. aperiatur oculi vestri. huic ostēdit
omīa regna mūdi et gloriā eozū. Ibi di-
cit. erit sicut dixi. h dicit si filius dei es.

De consummatione cenodoxie et superbie sine misterio corporali. Cap. vii.

A vt de efficiētijs ceterarū qz
passionū quarū rōnem interci-
terenos expositio castrimargie
vel dñice temptationis necessario cōpu-

lit. eodem quo pposueramus ordine dis-
seramus. cenodoxia atqz superbia etiā
sine vllō consummari solent misterio
corporali. In quo enī egent actione car-
nali. que p concupiscentia z voluntate
sola cōquirende laudis z hūane glorie
consequēde abunde ruinā generāt anīe
captiuatē. Aut quē effectū habuit cor-
poralem predicti luciferi illius antiqua
superbia. nisi q̄ eam tantūmodo aīo et
cogitatione pcepit. ita p̄p̄ta cōmemo-
rāte. Qui dicebas i corde tuo. i celū cō-
scendam super astra dei ponā solū meū
ascendam super altitudinē nubū. ero si-
milis altissimo. Qui sicut huius supbie
neminē habuit in centroem. ita ei p̄sum-
mationē criminis ruineqz perpetue cogi-
tatio sola perfecit. equidem cū affecta-
te tyrannidis nulla fuerint opera subse-
cuta.

De filargiria q̄ extra naturā sit et quid intersit iter ipsam et naturalia vicia. Cap. viii.

Filargiria z ira licet nō sint vni-
us nature. nā prior extra natu-
rā est. sequēs vero originale vi-
detur in nobis seminariū possidere. simi-
li tamē oriūtur modo. extrinsecus liqui-
dem causas cōmotionis plerūqz cōcipi-
unt. Etenī frequēter hi qui adhuc infir-
miores sunt. vel irritatione vel instinctu
quorundam. in hec se corruisse vicia con-
querūtur. ac precipitatos se vl ad iracū-
diā. vel ad filargiriā alioz puocatione
causantur. Q̄ extra naturam sit filargi-
ria. hinc liquido puidetur. quia nec ori-
ginale probatur in nobis habere prin-
cipiū. nec de materia concipitur que per-
tingit ad anime vel carnis participatio-
nem. viteqz substantiam. Nihil enī ad
vsum ac necessitatē nature cōmunis pre-
ter escam quotidianā ac potum certū est
peruenire. relique vero vniuerse materie
q̄ntolibet studio atqz amore seruentur.
aliene tñ ab hūana indigentia etiā vsu
vite ipsius approbātur. ideoqz hoc velut
extra naturā existens nō nisi tepidos ac

De octo principalibus vitijs

male fundatos monachos pulsat. Que aut naturalia sunt etiam probatissimos monachorum equidem in solitudine comorantes attemptare non desinunt. Et in tantum hoc verissimum comprobatur. ut etiam gentes nonnullas ab hac passione id est filargiria liberatis omnimodis agnoscimus. quia nequaquam vicij huius egritudinem vsu et consuetudine receperunt. Illum quoque priorem mundum qui ante diluuium fuit. diuissime concupiscentie huius rabiem credimus ignorasse.

Que etiam in vnoquoque nostrorum recte abrenunciante sine vilo labore probatur extingui. cuius scilicet vniuersis quis facultatibus abiectis. ita experierit cenobij disciplinam. ut ex eis ne vnum quidem denarium sibi met superesse patiatur. Cuius rei testes multa hominum milia possumus inuenire. quod cum sub momento breuissimo dispersis omnibus substantijs suis ita hanc eradicanerunt passionem. ut ne tenuiter quidem ab ea pulsantur. vltimius. nihilominus omni tempore contra castimargiam pugnantes. nisi ingenti circumspectione cordis et abstinentia corporis dimicauerint securi esse non possunt.

De ira atque tristitia quae inter accidit vicia plerumque inueniuntur.

Cap. ix.

Tristitia et accidia nulla quoad modum superiora diximus accedente extrinsecus prouocatione generari solent. Nam solitarios quoque et in heremo constitutos. nullique humano commixtos consortio. frequenter atque amarissime vexare noscuntur. quod esse verissimum quisque cum fuerit in solitudine commoratus. et pugnas hominis interioris expertus. ipsis experimentis per facile comprobabit.

De sex viciorum concordia et duorum ab eis dissidentium cognatione.

Cap. x.

Ecce igitur octo vicia licet diuisos ortus ac dissimiles efficiencias habeant. sex tamen priora. id est ca-

strimargia. fornicatio. filargiria. ira. tristitia. accidia. quadam inter se cognatione. et ut ita dixerim coartatione conueniunt. ita ut prioris exuberantia sequenti efficiatur exordia. Nam de abundantia castimargie fornicatione. de fornicatione filargiria. de filargiria ira. de ira tristitia. de tristitia accidia necesse est pululare. ideoque simili contra hoc modo atque eadem ratione pugnandum est. et a precedentibus semper aduersus sequentes optet nos inire certamina. Facilius enim cuiuslibet artoris noxia latitudo ac periculis exarscit. si antea radices eius quibus innititur. vel nudate fuerint. vel succise. Et infestantes humores aquarum continuo siccabuntur cum generator earum fons ac profuētus. vel ne tollenti industria fuerint obturate. Quod obrem ut accidia vincat ante tristitia superada est. ut tristitia propellatur. ira prius est extrudenda. ut extinguatur. filargiria calcanda est. ut enellatur. filargiria fornicatio compescenda est. ut fornicatio subtrahatur. castimargie vitium est castigandum. Residua vero duo. id est cenodoxia et superbia. sibi quidem similia illa qua de superioribus vicijs diximus. ratione iunguntur. ita ut incrementum prioris ortus efficiatur alterius. Cenodoxie enim exuberantia superbie fomitem parit. Sed ab illis sex prioribus vicijs penitus dissident. nec simili cum eis societate federantur. Siquidem non solum nullam ex illis occasione sui generationis accipiunt. sed etiam contrario modo atque ordine suscitantur. Nam illis enullis huius vehementius fructificant. et illorum morte viuacius pullulant atque succrescunt. Unde etiam diuerso modo ab his duobus vicijs impugnamur. In vnoquoque enim illorum sex viciorum tunc incidimus. cum a precedentibus eorum fuerimus elisi. in hoc vero duo victores et maxime triumphantis periclitamur incurrere. Dicitur igitur vicia quoad modum incremento precedentium generantur. ita illorum diminutione purgantur. Et haec ratio ut superbia

Collatio quinta Abbatis Serapionis

possit explodi cenodoxia est prefocanda
Et ita semp prioribus superatis sequentia
cōquiescēt et extinctione precedentium
residue passiones absq; labore marcescēt
Et licet hec q̄ prediximus octo vicia illa
q̄ cōmemorauimus rōne inuicem sibi
cōnexa atq; permixta sint. spālius tñ in
q̄ttuor cōiugationes et copulas diuidū
tur. Castimargie namq; fornicatio pe
culiari cōsortio federatur. filargirie ira
tristitia accidia. cenodoxie supbia fami
liariter coniugatur.

De origine et qualitate vnius cuiusq; vici. Cap. xi.

Ut singillatim nūc de vnius
cuiusq; vici generib; dispu
temus. castimargie genera sunt
tria. Primū qd̄ ad refectionē perurget
monachū ante horā statutam ac legitti
mā festiare. Scdm̄ qd̄ expletōe ventris et
quarūlibet escarū voracitate letat. Ter
tiū qd̄ accuratiores ac delicatissimos de
siderat cibos. Que tria nō leui dispens
dio monachū feriūt. nisi ab omnib; illis
pari studio atq; obfuantia semetipsuz
expedire cōtenderit. Nam quēadmodū
absolutio ieiunij ante horā canonicam
nullatenus presūmēda est. ita et vētris
ingluuies et escarū sumptuosa atq; ex
sita preparatio sibi amputāda. Ex his
enī tribus causis diuerse ac pessime vali
tudines aīę pcreātur. Nam de p̄ma mo
nasterij odiū gignit. atq; exinde horroz
et intolerātia eiusdem cōcrefcit. habita
culi. quā sine dubio mox discessio aut fu
ga velocissima subsequetur. De secūda
igniti luxurie et libidinis aculei suscitā
tur. Tertia etiā inextincibiles filargirie
laq̄os necit cernicib; captiuoz. nec ali
quādo monachū sinit p̄fecta christi nu
ditate fundari. Cuius nobis passionis
inesse vestigia. isto q̄q; deprehendimus
indicio. cū forte ad refectionē detenti ab
aliquo fratru. p̄tenti nō sumus eo sapo
re cibos sumere. quo ab exhibente condi
ti sunt. sed q̄ddā superfundi eis vel adij
ci importuna atq; effrenata poscimus li

bertate. Qd̄ fieri penitus nō oportet. tri
bus de causis. Primo qd̄ mēs monachi
semper debet in omni tolerātie ac parci
tatis exercitatione versari. et fm̄ aposto
li discere in quib; est sufficiens esse. nulla
tenus enī poterit. vel occulta vel maiora
corpis desideria refrenare. quisq; degu
statione modice insuauitatis offensus
ne ad momentū quidē delicias gutturis
sui valuerit castigare. Secūdo qd̄ non
nūq; euenit vt ad horaz desit illa spēs q̄
postulatur a nobis. et verecūdiā necessi
tati vel frugalitati suscipiētis incutim⁹.
publicates scz paupertatē eius quaz soli
deo cognitā esse maluerat. Tertio qd̄ in
terdū solet sapor ille quē nos adijci posci
mus alijs displicere et inuenimur inui
riam multis dum nostrę regule ac deside
rio satisfacere cupimus irrogare. p̄pter
quod omnimodis hec in nobis est casti
ganda libertas. Fornicationis genera
sunt tria. Primū qd̄ per cōmixtionē se
xus vtriusq; p̄ficitur. Secūdū qd̄ abs
q; femineo tactu. pro quo her patriar
che iude filius a dño p̄cussus legit. qd̄
in scripturis sanctis immūdiā nunciat
patur. super quo ap̄ls. Dico aut̄ innup
tis et viduis. bonū est illis si sic perman
serint sicut et ego. qd̄ si se nō cōtinent nu
bant. melius est enī nubere q̄ vni. Ter
tium qd̄ animo ac mēte cōcipit. De quo
dñs in euangelio. qui viderit mulierem
ad concupiscendum eam. iam mechaz
est eam in corde suo. Que tria genera be
atus ap̄lus pari modo extingūda pro
nūciāns. Mortificate inquit mēbra v
stra que sunt super terrā. fornicationes
immūdiā libidinē zc. Et iterū de duo
bus ad ephesios. Fornicatio et immūdi
cia nec noietur in vobis. Et iterū. Illud
aut̄ scitote qd̄ om̄is fornicator. aut̄ imū
dus. aut̄ auarus qd̄ est idolorū seruitus
non habet hereditatē in regno christi et
dei. Que tria vt a nobis pari obseruati
one caueantur. simili nos eozuz a regno
christi atq; vna deteret exclusiōe. Filargi
rie genera sunt tria. Primū qd̄ renūci

Sp. 26. p. 12

De octo principalibus vitijs

antes diuitijs ac facultatibus suis spoliari non sinit. Secūm q̄ ea q̄ a nob̄ dispēsa ta sunt vel indigentibus distributa. res sumere nos maiori cupiditate persuadet. Tertiu q̄ ea que ne antea quidem posse dimus desiderare acquiri ve compellit. Ire genera sunt tria. Unum qd̄ exarde scit intrinsecus qd̄ grece thimos d̄. Aliud qd̄ i x̄bū 7 op̄ effectū q̄ prūpit qd̄ or̄ cenūcupat. d̄ q̄b̄ 7 apls. Nūc aut̄ d̄pō nite inquit et vos om̄ia. irā indignatio nē. Tertiu q̄ nō vt illa seruēs ad horā dirigat s̄p̄ dies 7 tpa f̄huat qd̄ aleis d̄. Que oīa eq̄li sūt a nob̄ horore dānanda. Tristitine ḡna sūt duo. Unū qd̄ vel iracūdia desinente. v̄ de illato dāno ac desiderio p̄pedito cassatoq̄ generatur. Aliud qd̄ d̄ irrationabili ment̄ anxietate seu desperatōe descendit. Accidie genera sunt duo. Unū qd̄ ad somnū precipitat eluantes. aliud qd̄ cellaz deserere ac fugere cohortat. Cenodoxia licet multiformis ac multiplex sit. et in diuersas species diuidatur. genera tamē eius sūt duo. Primū qd̄ pro carnalibus ac manifestis extollimur rebus. scdm̄ q̄ spiritalibus 7 occultis desiderio vane laudis in flāmamur.

In quo sit utilis cenodoxia.

Lap. xij.

Qua re tamen cenodoxia utilis ab incipientibus assumitur. ab his dūtaxat qui adhuc vicijs carnalibus instigantur. vt verbi gratia. si illo tempore quo fornicationis spiritus perurgentur mente cōceperint vel sacerdotalis officij dignitate vel opinionem cūctorum qua sancti 7 immaculati esse credantur. et ita immūdos cōcupiscentie stimulos quasi turpes atq̄ indignos v̄ existiationi sūe v̄ illi ordini indicātes hac saltē cōtemplatione declinet. minore malo id qd̄ maius est retūdētes. Sātius est cenodoxie vicio quēcūq̄ pulsari q̄ incidere in fornicationis ardore. v̄ nō reparari aut n̄ valeat aut vix valeat p̄ nū inā. Que s̄cū exp̄sona dei v̄ n̄ p̄phetaz

eleganter expressit dicens. Propter me longe faciam furore meū. et laude mea i frenato te ne intereas. id est. vt duz cenodoxie laudibus cōpediris nequa q̄ ad i. ferni p̄funda p̄nuas. et irremocabiliter mortaliuz peccatorum consummatione mergaris. Nec mirū tantā passioni huic inesse virtutem. vt irruente quēpiā in fornicationis labem valeat refrenare. cū sit multoz experimentis sepissime comprobatū. q̄ ita eū quē semel veneni sui peste corripit infatigabilem reddat. vt faciat ab eo nebiduana quidē ieiunia vel triduana sentiri. Quē etia nōnullos i hac heremo frequēter nouim⁹ fuisse p̄fessos. se in cenobijs syrie cōstitutos quinīs diebus refectionem tibi sine labore tolerasse. nūc aut̄ tanta se fame ab hora tertia p̄urgeri. vt vsq̄ nonā vix queant differre ieiunia quotidiana. Super qua re pulcre abbas macharius cuidam percūctāti cur fame ab hora tertia in heremo pulsaretur. qui in cenobio ebdomadibz integris refectionē sepe cōtemnens nō sensisset esuriam. respondit. Quia null⁹ h̄ est ieiunij tui teiis qui te suis laudibus nutriat atq̄ sustentet. ibi aut̄ te digitus hominū 7 cenodoxie refectione saginabat. Huius aut̄ rei figura qua diximus superueniente cenodoxia vicium fornicationis excludi. pulchre in regum libro ac signāter exprimitur. vbi populum israelē a necho rege egypti captiuatū ascendēs nabuchodonozor rex assinoz de finibus egypti ad suam transtulit regionem. scilicet vt nō eos libertate p̄stine 7 genitali restitueret regioni. sed ad suas abduceret terras. et longius asportandos q̄ fuerant in terra egypti captiui. Que figura in hoc quoq̄ competenter aptabitur. licet enī tolerabilis sit cenodoxie q̄ fornicationis vicio deseruire. difficilius tamen a cenodoxie dominatione discedit. Qdammodo enī longiore itineris spacio captiuus abductus laboriosius ad genitale solū 7 libertatē p̄stina reuētur merito q̄ ad eū increpatio illi. p̄phetica

Collatio quinta Abbatis Serapionis

dirigetur. Quare inneteratus es in terra aliena. Recte siquidem inneterat⁹ dicitur in terra aliena. quisquis a terrenis vicijis non innouatur. Supbie genera sunt duo. Primum carnale. Secundum spiritale. quod etiam perniciosius est. Illos namque desperati⁹ impugnat quos in quibusdam virtutibus proficere repererit.

De varia oppugnatione omnium viciorum. Cap. xiiij.

Necigitur octo vicia cum omne hominum genus pullent. non tamen vno modo impetunt cunctos. In alio namque spiritus fornicationis locum obtinet principalem. in alio superrequitat furor. in alio cenodoxia vendicat tyrannidem. in alio arcem superbia tenet. Et cum constet omnes ab omnibus impugnari. diuerso tamen modo et ordine singuli laboramus.

De instituendo aduersus vicia certamine in iporum infestationem. Cap. xiiij.

Quod viciem ita nobis aduersus hec arripienda sunt prelia. ut vnusquisque vicium quo maxime infestatur explorans. aduersus illud arripiat principale certamen. omnes curam mentis ac sollicitudinem erga illius impugnationem obseruationemque defigens. aduersus illud quotidiana ieiuniorum. dirigens spicula. contra illud cunctis momentis cordis suspiria crebraque gemituum tela contorquens. aduersus illud vigilantiu labores ac meditationem sui cordis impendens. indefinenter quoque orationum ad deum fletus fundens. et impugnationis sue extinctionem ab illo spiritualiter ac ingiter poscens. Impossibile namque est de qualibet passione triumphum quepiam promereri. priusquam intellexerit industria vel labore proprio victoriam certaminis semet obtinere non posse. cum tamen ut valeat emundari. necesse sit eum die noctuque in omni cura et sollicitudine permanere. Cumque se ab ea senserit absolutum. rursum latebris sui cordis simili intentione

perlustret. et excipiat sibi quam inter reliquas perspexerit durior. atque aduersus eam spiritualis omnia spiritus arma commoueat. et ita semper validioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque victoriam. quia et mens triumphantium processu redditur fortior. et infirmorum pugna succedens promptiore ei presentium faciet preliorum. ut fieri solet ab his qui coram regibus mundi huius omnigenis congressi testibus premiorum contemplatione consueuerunt. quod spectaculi genus vulgo pancarpium nuncupatur. Hi inquam feras quascunque fortiores robore vel feritatis rabie conspexerint duriores. aduersus eas prime congressionis certamen arripiunt. quibus extinctis reliquas qui minus terribiles minusque vehementes sunt exitu faciliore prosternunt. Ita et vicijis semper robustioribus superatis. atque infirmioribus succedentibus. parabitur nobis absque villo discrimine perfecta victoria. Nec tamen putandum quod principaliter quis contra vnusquodque dimicans vicium. et velut incautus aliorum tela prospiciens. inopinato ictu facilius valeat sauciari. quod neque fiet. Impossibile namque est. cum qui pro cordis sui emundatione sollicitus erga impugnationem vicij cuiuslibet intentionem suam mentis armauerit. aduersus cetera quoque vitia generalem quandam horrorem et custodiam similem non habere. Quo enim modo vel illa qua absolui desiderat passionem merebitur obtinere victoriam. que indignum purgationis premio aliorum facit contagio viciorum. Sed cum principalis cordis nostri intentio. velut specialem pugnam aduersus vnusquemque excesserit passionem pro ipsa orabit attentius. peculiari sollicitudine ac studio supplicans. ut eam diligentius obseruare. et per hec celerem mereatur obtinere victoriam. Hunc namque nos ordinem preliorum exercere debere. nec tamen de nostra virtute confidere. etiam legislator his docet verbis. Non timebis eos. quia dominus deus tuus in

De octo principalibus vitijs

medio tui est. deus magnus et terribilis. ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris delere eas pariter ne forte multiplicentur contra te bestie terre. Dabitque eos dominus deus tuus in conspectu tuo. et interficiet illos donec penitus deleantur.

Nihil nos posse aduersum vicia sine auxilio dei. nec debere nos in eorum extolli victoria. Cap. xv

Ad neque delere nos in eorum extolli victoria similiter ammonet.

De postquam comederis inquit et satiatus fueris. domos pulchras edificaueris. et habitaueris in eis. habuerisque armenta et ouium greges. auri et argenti cunctarumque rerum copiam. eleuetur cor tuum. et non reminiscaris domini dei tui qui eduxit te de terra egypti. domo fuit utis. et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili. Salomon quoque in pueribus. Si ceciderit inimicus tuus noli extolari in supplantatione autem eius non li extolli. ne videat dominus et non placeat ei. et auertat iram suam ab eo. id est. ne perspiciens elationem cordis tui ab eius impugnatione discedat. et incipias delictus ab eo rursus illa quam per dei gratiam ante superaueras passione vexari.

Non enim orasset propheta dicens. Ne tradas domine bestiis animam confitentem tibi nisi scisset. propter inflationem cordis quosdam ut humiliarentur eisdem rursus vicijs quae vicerant tradi. Nobis certos nos esse conuenit. tam ipsius rerum experimentis quam in numeris scripture testimonijs eruditis. nostris nos vix nisi dei solius auxilio fulciamur. tantos hostes superare non posse. et ad ipsum quotidie summam victoriae nostre referre debere. Ita super his quoque per moysen domino commone. Ne dicas in corde tuo. cum deleuerit eas dominus deus tuus in conspectu tuo. propter iusticiam meam introduxit me dominus. ut terram hanc possiderem. cum propter impietates suas iste deletere sint nationes. Neque enim propter iusticias tuas et equitatem cordis tui tu

ingredieris ut possideas terras earum. sed quia ille egerunt impietatem. te introcisti te deletere sunt. Rogo quid apertius potuit dici contra perniciosam opinionem summationemque nostram. qua totum quod agimus. vel libero arbitrio vel nostre voluntatis industriae deputare. Ne dicas inquit in corde tuo. cum deleuerit eas dominus deus tuus in conspectu tuo. propter iusticiam meam introduxit me dominus. ut terram hanc possiderem. Nonne his qui oculos anime referatos et aures habent ad audiendum euidenter expressit. Cum tibi prospere viciorum carnalium bella successerint. et videris te de ipsorum ceno et conuersatione mundi istius liberatum. non tunc id virtuti nec sapientie prouentum pugnae atque victoriae inflatus ascribas. credens te propter labores et studium tuum. et arbitrii libertatem de spiritalibus nequitijs vel carnalibus vitijs obtinuisse victoriam. Quibus proculdubio in nullo penitus preualere potuisses nisi te domini communisset ac precessisset auxilium.

Designatione septem gentium quarum israel accepit terras. et quare alibi septem et alibi multe gentes esse dicantur. Cap. xvi.

Esunt septem gentes quarum terras egressis ex egypto filijs israel daturum se dominus repro-mittit. Quae omnia secundum apostolum cum in figura contigerint illis. ad nostram commonitionem scripta debemus accipere. Ita enim dicitur. Cum introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris. et deleuerit gentes multas coram te. et thecum et gergeseum et amozreum et chananeum et fereceum et cueum et iebuseum. septem gentes multo maioris numeri quam tu es. et robustiores te. tradideritque eas dominus tibi. peracties eas usque ad internationem. Quae vero multo maioris numeri esse dicuntur. haec est ratio. quia plura sunt vicia quam virtutes. Et ideo in cathalogo quidem diuis

ep 1 10 10 10 10

Deus A 1

Collatio quinta Abbatis Serapionis

merantur septē nationes in expugnatione vero earum sine numeri ascriptione ponuntur. Ita enī dicitur et deleuerit gētes multas coram te. Numerosior enim est q̄s israel carnaliū passionū populū de hoc septenario somite viciorum ac ra dice procedens. Exinde enim pullulant homicidia. contentiones. hereses. furta. falsa testimonia. blasphemie. comestatiōes. ebrietates. detractiones. ludicra. turpiloquia. mēdacia. periuria. stultiloquia. scurrilitas. inquietudo. rapacitas. amaritudo. clamor. indignatio. cōtemptus. murmuratio. temptatio. desperatio. multa q̄ alia que cōmemorare plōgū ē. Que cū a nobis lenia iudicent. quid de illis apostolus senserit. vel q̄m super his sententiam intulerit audiamus. Neq̄ murmuraueritis inquit. sicut quidam illorum murmurauerūt. et ab exterminatore perierūt. Et de temptatiōe. Neq̄ temptemus christum. sicut quidam illorum temptauerunt. et a serpentibus perierūt. De detractione. Noli diligere detrabere ne eradicet. Et de desperatione. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie. in opatione oī error. in immundiciam. De vero clamor. sicut ira et indignatio et blasphemia condemnet. eiusdeꝝ apostoli uocibus manifestissime perdocetur ita precipientis. Omnis amaritudo et ira et indignatio. et clamor. et blasphemia tollatur a uobis. cum omni malicia. alia q̄ cōplura his similia. Que cum sint multo maioris numeri q̄ virtutes. deuictis tamen illis octo principalibus uicijs. ex quorum natura eas certum est emanare omnes protinus conquiescant. ac perpetua pariter cum his interuentione delent. De callimargia nanq̄ nascunt. comestationes. ebrietates. De fornicatiōe turpiloquia. scurrilitas. ludicra. ac stultiloquia. De filargia. mēdaciū. fraudatio. furta. periuria. turpis lucri appetit. falsa testimonia. uolētia. ihūanitas ac rapacitas. De ira. homicidiū. clamor et indignatio. De tristitia. rācor. pusillanimitas. ama

ritudo. desperatio. De accidia. ociositas. somnolētia. iptunitas. inquietudo. peruagatio. instabilitas mentis et corporis. uerbositas. curiositas. De cenodoxia cōtentiones. hereses. iactantia. ac presumptio nouitatum. De superbia. contemptus. inuidia. inobediētia. blasphemia. murmuratio. detractio. Quānt he pestes etiaꝝ robustiores sint. manifeste nature ipius impugnatione sentimus. Fortior enī militat in membris nostris oblectatio carnaliū passionū q̄ studia virtutum. q̄ nō nisi summa contritione cordis et corporis acquirantur. Si autem et illas innumerabiles hostiū catenas spiritualibus oculis contempleris. quas beatus ap̄s enumerat dicens. nō est nobis colluctatio adūsus carnē et sanguinē. sed adūsus p̄ncipal. adūsus ptātes. adūsus mūdi rectores tenebrarū har. cōtra spiritualia nequitiē in cęlestibus. et illud q̄ d̄ viro iusto in nonagesimo dicitur psalmo. Latent a latere tuo mille. et decem milia a dextris tuis. liquido peruidebis. q̄ multo maioris sint numeri et validiores q̄ nos carnales sc̄z atq̄ terreni. quippe cū illis spiritualis atq̄ aeriā concessa substantia sit.

Interrogatio de cōparatione septē gentium et octo viciorum.

Lap. xvij.

Qermanus. Quō igitur octo sunt uicia que nos impugnant. cum per moysen septē dinumerate sint gentes que aduersantur populo israel. vel que admodum terras viciorum cōmodum nobis est possidere.

Responso quō fm octo uicia octo gentium numerus impleatur.

Lap. xvij.

Serapion. Octo esse p̄ncipalia uicia que impugnant monachum. cunctoꝝ absoluta sententia est. Que figuraliter sub gentium uocabulo nominata. idcirco nūc omnia nō ponuntur. eo q̄ egressis iaz de egypto et liberatis ab vna gēte validissima. id ē

De octo principalibus vitijs

egyptio: moyses vel per ipm dñs in deuteronomio loquebat. Que figura i nobis quoqz rectissime stare deprehenditur qui de seculi laqueis expediti castrimargie id est ventris vel gule vicio caruisse cognoscimur. Et habemus iam cōtra has residuas septem gentes simili rōe constitutum. prima scilicet q̄ iam deuicta est minime cōputata. Cuius etiā terra in possessione israeli nō datur. s̄ vt deserat eaz perpetuo. z egrediatur ab ea. dñi p̄ceptiōe sancitur. Et idcirco ita sunt moderāda ieiunia. vt nō necesse sit per immoderationē cōtinētie. q̄ defectione carnis vel infirmitate p̄tracta ē. reuerti rursus ad egyptioz terrā. id est. p̄istinā gule et carnis p̄cupiscentiā. qm̄ cū mūdo huic abrenūciaremus abieciamus. Qd̄ figuratiter illi perpeffi sunt. q̄ egressi in solitudine x̄tutū. rursus desiderauerūt ollas carniū super quas sedebāt in egypto.

Cur vna gens quidem deserat se ptem vero iubetur extinguī.

Cap. xix.

Quod aut illa gens in qua nati sunt filij israel nō penitus extingui. s̄ tantummodo deserat eius terra precipit. he vero septē vsqz ad iterationē iubetur extingui. hec rō est. q̄ q̄tūlibet ardore spūs succēsi heremū x̄tutū fuerimus ingressi. in civitate ac ministerio castrimargie. et quodāmodo quotidiano eius cōmercio neqz carere poterimus. Semp̄ enī in nobis edulij z escarū vt ingentis ac naturalis viuit affectus. licet amputare superfluos eius appetitus ac desideria festinemus. q̄ sicut per omnia deleri nō possunt. ita debent q̄dam declinatione vitari. De hac enī dicit. Et carnis curā ne feceritis in desiderijs. Dum huius ergo cure quā precipimur non per omnia abscidere. sed absqz desiderijs exhibere retinemus affectum. euidenter egypti dñationē non extingui mus. s̄ ab ipa quadā discretiōe separamur. nō de superfluis seu lautioribz epulogitantes. s̄ hm̄ apostolū. victu quotidiano

indumento q̄ p̄tenti. Qd̄ figuratit̄ etiā in lege mādatur. Nō abominaberis egyptiū. qz fuisti incola i terra eius. Nec cessan̄ ei victus corpori. nō sine v̄l ipi p̄niciē vel aīe scelere denegatur. Illaz vero septē p̄urbationū velut omnimodis noxiarū. de recessibz aīe nostrę penitus exterminādi sunt motus. De his enī ita dicit. Om̄is amaritudo ira z indignatio. z clamor z blasfemia. tollat̄ a vobis cū om̄i malicia. Et iterū. Fornicatio atqz z om̄is imūdicia z auaritia nec noiet̄ in vobis. aut turpitudō. aut stultiloquū. aut scurrilitas. Possumus ergo horūz q̄ nature sup̄inducta sunt radices abscidere vicioz. vsū. x̄o castrimargie nequa q̄ valebimus amputare. Nō enīz possumus q̄ntūlibet p̄fecerimus. id non esse qd̄ nascimur. Qd̄ ita eē tā nra q̄ sumus exigui. q̄ oim̄ perfectoz vita z conuersatiōe mōstratur. q̄ cum reliquarum passionū reciderit stimulos. atqz heremū toto mētis feruore z corporis expetāt nitiditate. nihilominus quotidiani victus p̄uidencia z annui panis p̄paratiōe. nequeunt liberari.

De natura Castrimargie ad similitudine aquile comparade.

Cap. xx.

Nuis passionis figura qua necesse ē q̄nis spiritalē summūqz monachuz coartari. pp̄ie satis aq̄le similitudine designat. Que cū excelssimo volatu vltra nubiu fuerit altitudinē sublimata. seseqz ab oculis cūctoꝝ mortaliū. ac a facie terre totius abscōderit. rursus ad valliu ima submitti. et ad terrena descendere. ac morticinis cadaueribz implicari vētris necessitate cōpellitur. Quibz manifestissime cōprobatur castrimargie spiritū neqz posse vt cetera vitia resecari. vel p̄ omnia similiter extingui. s̄ a culeos eius ac superfluos appetitus x̄tute animi retidi t̄m atqz cobiteri.

De perseueratiā Castrimargie aduersus philosophos disputata.

Cap. xxi.

Collatio quinta Abbatis Serapionis

Nam huius vitij naturā quidā
senū cū philosophis disputās
qui eum p simplicitate christia
na velut rusticū crederēt fatigandū. sub
hoc pblematis figurās colore elegāter
expressit. Multis inqt creditoribz p me
us me dereliquit obnoxius. ceteris ad in
tegrū solūēs. ab omī cōuentiōis eoz mo
lestia liberatus sum. vni satisfacere quo
tidie soluendo nō possum. Cūqz illi ig
norātes vim pposite questionis absolu
tionē eius precario postularēt. multj ait
vitij sui naturali cōditiōe pstrict. sed
inspirāte dño desiderij libertatis. cūqz
illis tanqz molestissimis creditoribus re
nūciāns huic mūdo. 7 omnē sbam q̄ mi
hi successiōe patris obuenerat a me pa
riter abijciēs satisfeci. atqz ab eis sū om
nimodis absolutus. castrimargie x̄o sū
mulis nullo modo carere p̄ualui. Rec
enī q̄nis eā in parū modū vilissimāqz
redigerem q̄ntitatē vim quotidiane cō
pulsionis euado. s̄ necesse est me perpetu
is eius cōuentiōibz perurgeri. et itermi
nabile quandā solutiōnez iugi functiōe
depēdere. atqz inexplēbile indictionibus
eius inferre vectigal. Tum illi hūc quem
velut ideotā ac rusticū ante despexerant
p̄nūciā erūt primas philosophiē ptes.
id est. ethicā disciplinā appūmē cōpre
hendisse mirati admodū potuisse eū na
turaliter assequi. q̄ nulla ei secularis cru
ditio p̄tulisset. cum ipi sudore multo lō
gaqz doctrina hęc attingere nequiuisset.
Hęc spāliter de castrimargia dixisse suf
ficiat. Nunc reuertamur ad disputatio
nē quā de generali viciōz cognitione ce
peramus exponere.

Cur abrae predixerit deus de
ce gentes expugnadas a popu
lo israel. **Cap. xxij.**

Quam ad abrahā dñs de futuris
loqueret qd̄ vos minime requi
sistis. nō septē gentes legit di
numerasse s̄ decē. quarū terra semini ei
danda. p̄mittit. Qui numerus adiecta
idolatria atqz blasfemia euidentē imple

tur. q̄bus ante notitiā dei et gratiaz ba
ptismi vel impia gentiliuz vel blasfema
iudeoz multitudo subiecta ē. donec in i
tellectuali egypto cōmorat. Si autē ab
renūciāns quis 7 egressus inde per dei
gratiā deuicta pariter castrimargia ad
heremū peruenerit spiritalem. de impug
natiōe triū gentiū liberatus p̄tra septem
tantuz q̄qz per moysen dinumerant bel
la suscipiet.

Quō vtile nobis sit viciōz ter
ras possidere. **Cap. xxij.**

Quod vero istarū perniciosarū
gentiū regiones salubriter pos
sidere precipimur. ita intelligit
Habet vnūquodqz viciuz in corde n̄o
ppriā stationē. quā sibi vendicās in aīe
nostre recessu exterminat israelē. id est.
contemplationē rerū summarū atqz san
ctarū. eisqz semper aduersari nō desinit.
Nō enī possunt vtutes cū vicijs paritē
cōmorari. Que enī participatio iusticiē
cuz iniquitate. aut q̄ societas luci ad te
nebras. Sed cū ab israele p̄lo. id est. vir
tutibus contra se dimicantibz fuerit vi
cia superata. locuz quē sibi in corde n̄o
concupiscentie vel fornicationis spiritū
retentabat. deinceps castitas obtinebit.
quē furor ceperat. patientia vendicabit
quē tristitia mortem operans occupaue
rat. salutaris et plena gaudio letitia pos
sidebit. quē accidia vastabat. incipiet ex
colere fortitudo. quē superbia conculca
bat. humilitas honestabit. et ita singul
vicijs expulsis. eoz loca. id est. affectus
virtutes contrariē possidebunt. Quē si
lij israel. id est. aīe videntis deū. non im
merito nūcupātur. q̄ cuz vniuersas cor
dis expulerint passiones. nō taz alienas
possessions peruasisse q̄z pprias recupe
rasse credendi sunt.

Quē terre de quibus expulsi sunt
populi chananeozū semini sem
fuerint deputate. **Cap. xxij.**

Atenī quantum docet vetus tra
ditio. has easdem terras chana
neozū in quas introducūt filij

De octo principalibus vitijs

israel filij sem fuerunt quondam in orbis diuisione sortiti. quas deinceps per vias atq; potentiam posteritas cham pualiois iniquitate possedit. In q̄ et dei iudiciū relictissimū cōprobatur. qui et illos de locis alienis q̄ male occupauerant expulit. et istis antiquā patrū possessionē q̄ profapia eorum in diuisione orbis fuerat deputata restituit. Quę figura in nobis q̄q; stare certissima ratio cognoscit. Nam voluntas dñi possessionē cordis nostri nō vicijs s̄ virtutib; naturaliter deputauit. Quę post prauaricationē a de insolescentib; vicijs i. p̄lis chananeis a ppria regione depulsi. cū ei rursus per dei gr̄iā diligētia n̄ra ac labore fuerint restitute. n̄ tam alienas occupasse terras q̄ pprias credende sunt recepisse.

Testimonia diuersa super significatione octo viciozū. La. xxv.

Quis octo vicijs et in euangelio ita significatur. Cum autē immūdus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida. querēs requiē et nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domū meā vnde exiui. Et veniens inuenit vacante scopis mundatā et ornataz. Tūc vadit et assumit alios septem nequiores se spiritus. et intrantes habitāt ibi. et fiunt nouissima hominis illius peiora s̄ vicijs. Ecce ut ibi septē gētes legim; ex parte egyptiorū. de q̄ egressi fuerāt filij israel. ita et hic septē reuerti spūs dicuntur immūdi. excepto eo q̄ ab homine p̄us narratur egressus. De hoc septenario fomite viciozū salomon quoq; in prouerbij; ita describit. Si te rogauerit inimic; voce magna. ne consenseris ei. septē enī nequitię sunt in aīa eius. id est. si superatus castimargię spūs ceperit tibi sua hūiliatiōne blandiri. rogās quodāmodo ut aliq̄d relaxās a cepto feruore impertias ei. q̄d cōtinentiē modū et mensurā iuste discretionis excedat. ne resoluaris ei? subiectione. nec arridente impugnationis securitate. qua videris paulisper a carna

libus incentiuis factus quietior. ad p̄stā nā remissionē vel preteritas gule concupiscētijs reuertaris. Per hēnī dīc spūs ille quē viceris. Reuertar in domū meā vnde exiui. Et procedentes ex eo p̄festim septem spiritus vicioz; erūt tibi acriores quā illa passio q̄ i p̄mordij; fuerat superata. q̄ te mox ad deteriora p̄trahēt gr̄a peccatorum.

¶ De victa passione gule impēdendus sit labor ad virtutes ceteras obtinendas. La. xxvi.

Quia propter ieiunij; et continentie incubentibus nobis. festinādum est ut gule passione superata. protinus a iam nostram vacuā esse a necessarijs virtutibus non sinamus. s̄ eis vniuersos recessus cordis nostri studiosius occupemus. ne reuersus concupiscētie spiritus. inanes nos ab ipis vacantesq; reperiat. et non sibi iam soli aditum parare contentus introducat secus in animam nostram septenariam hunc fomitem viciozū. et faciat nostra nouissima peiora prioribus. Turpioz; enī erūt post hec et immūdiōz; anima. ac supplicio grauiore plectetur. quę serenūciā huius seculo gloriatur. dominātib; sibi octo vicijs. quā fuerat quādam i seculo p̄stituta. cum nec disciplina; monachi fuisset professa nec nomen. Nam et nequiores hi septem spiritus illo priore qui egressus fuerat. idcirco dicuntur. quia deliderium gule. id est. castimargia per sese nō esset noxia. nisi intromitteret grauiores alias passiones. id est. fornicationis filargię. irę. tristitię. siue supbię. q̄ p̄ se met noxia aīę ac p̄ptona eē nō dubiū ē. Et idcirco perfectionis puritatē numq̄ poterit obtinere. quisquis eam de hac sola continentia. id est. ieiunio corporali sperauerit acq̄rendaz. nisi nouerit obid se hanc exercere debere. ut humiliata carne ieiunij; facilius possit aduersus alia vicia inire certamen. nō insolescente carne

Collatio sexta Abbatis Theodozi.

laturitatis in glorie.

Quoniam idem ordo preliorum sit qui ponitur in catalogo viciorum.

Cap. xvij.

Sciendum tamen non eundem esse in omnibus ordinem preliorum. quod sicut diximus non uno modo impugnamur omnes et oportet unumquemque nostrum secundum qualitatem belli quo principaliter infestatur concertationum luctamen arripere ita ut alium necesse sit adversus vicium quod tertium ponitur primum exercere confictum alium contra quartum seu quintum et ita prout ipsa vicia in nobis obtinent principatum. utque impugnationis exigat modus nos quoque oportet ordinem in situere preliorum secundum quem provenit quod victorie triumphique succedens faciet nos ad puritatem cordis et perfectionis plenitudinem pervenire. Hucusque abbas serapion de natura octo principalium viciorum nobis differens latenter in corde nostro passionum genera quarum causas atque affinitates cum ab ipsis quotidie vastarem nec cognoscere poteram. ita lucide referavit ut eas quodammodo ante oculos positas intueri nobis velut in speculo videremur.

Explicat collatio abbatis serapionis. Incipiunt capitula collationis theodozi de nece sanctorum.

Cap. i.

Escriptio heremi et inquisitio de nece sanctorum.

- ij Responsio abbatis theodozi ad propositam questionem.
- iiij De tribus que in hoc mundo sunt bonis et malis et medijs.
- iiij Quod malum nulli invito ab alio possit inferri.
- v Obiectio que admodum ipse deus dicat creare mala.
- vi Responsio super interrogatione proposita.
- vij Interrogatio an reus sit qui iniusto intulit mortem cum iustus habeat de morte mercedem.

vij Responsio ad precedentem interrogationem.

ix Exemplum beati iob a diabolo temptati et domini a iuda traditi et quod iusto tam prospera quam adversa proficiant ad salutem.

x De virtute viri perfecti qui ambidexter figuratim nuncupatur.

xi De duplici genere temptationum que triplici modo inferuntur.

xij Quod vir iustus non crederetur adamantino signatorio debeat esse consimilis.

xij Interrogatio si possit mensinger in una atque eadem qualitate durare.

xiiij Responsio ad interrogantis propositionem.

xv Quod detrimentum sit discedentis e cella.

xvi De mutabilitate etiam supernarum celestiumque virtutum.

xvij Quod nemo ruina subitanea colabatur.

Explicat capitula. Incipit collatio theodozi abbatis de nece sanctorum.

Cap. i.

In pale sine partibus iuxta teque vicium quod amos prophetam meruit procreare solitudo vastissima.

et usque arabiam ac mare mortuum quod ingressa deficiunt fluenta iordanis et alpehi sui faciunt finem et cineres sodomorum amplissima extensione protracta. In hac summe vite ac sanctitatis viri monachi ditissime commorantes repetuntur discurrentibus saracenorum latrunculis interempti. Quorum corpora licet sciremus tam a pontificibus regionis illius quam ab universa plebe arabum tanta veneratione precepta et inter reliquias martirum condita ut innumeri populi e duobus oppidis concurrentes gravissimum sibi certamen indiderint et usque ad gladium conflictum pro-

De nece sanctorum

sancta rapina sit eorum progressa cōtentio. dum pia inter se deuotione decertāt qui nā iustius eorum sepulturam ac reliquias possiderent alijs scilicet de uicinia cōmorationis iporum. alijs de originis propinquitate gloriātibz. nos tamen vel nostrorum vel quorundam nō mediocriter et hac parte scādalizantiū fratru offensione permoti. inquirētesq; cur tanti meriti ac tantarū virtutū uiri ita sint a latrunculis interfecti. tantūq; dñs passus fuerit erga suos famulos facinus perpetrari. ut viros cunctis mirabiles in manus traderet impiorū. messi ad sanctū theodorū singularem in cōuersatione actuali perrexiimus virum.

Hic namq; morabatur in cellis. qui locus inter nutriā ac scitibz situs. et a monasterijs quidem nitriē quinq; milibus distans. octoginta milibz solitudine ab heremo scitibi in qua cōmorabamur inuenerunt. discernitur. Cui cū de predictoz virozum nece querimonia fudisse. mus. ammirātes tantā dei patientia. q; viros scz illius meriti taliter perimi permisisset. ut qui alios quoq; suę sanctitatis pondere de huiusmodi literare temptatione debuerint. ne se ipsos quide; preripuerint de manibz impioz. aut cur deus admitti in seruos suos tantūz facinorū consensisset.

Respōsio abbatis theodori ad ppositam questionem. **Lap. ij.**

Beatus Theodorus respondit. Hec q̄stio illoz solet animos permouere. qui paru; fidei vel scientie possidentes. merita sanctorū vel premia q̄ nō in presenti redduntur. s. reposita sunt in futuro. arbitrātur in huius tēporalis uitę breuitate restitui. Ceterū nos qui nō sumus in hac uita tantūz sperantes in christo. ne fm apostolū miserabiliores simus omnibus hominibus. quia scz in hoc mūdo nihil. pmissio nū recipiētes. etiam in futuro eas. p hac incredulitate perdam;. opinionibz eozū nō debemus errare. ne ignorata. vere dif-

initionis sententia titubantes. ac trepidi temptationibz moueamur. cū eisdem nos quoq; traditos uiderimus. vel iniusticia scz vel incuriā humanarū rez. deo qd dictu quoq; nefas est ascribentes. qz sanctos viros recteq; uiuētes in temptatione nō protegat. nec bonis ea que bōa sunt. nec mala malis retribuatur in presenti. et cū illis damnari mereamur. quos sophonias. ppheta castigat. qui dicūt in q̄t in cordibz suis nō faciet dñs bene. sed neq; faciet male. vel certe cum illis inueniamur. q̄ huiusmodi querimonijs deū blasphemare dicuntur. oīis qui facit malum bonus est in conspectu domini. et tales ei placent. aut certe. ubi ē deus iusticie. illam quoq; blasphemā que in subsequentibz describitur. similiter adiungentes. van; ē q̄ seruit deo. aut qd emolumētum quia custodimus pcepta eius. et quia ambulauimus tristes coram domino. ergo nūc beatos dicimus arrogātes. siquidem ditati sunt facientes impietatem. et temptauerunt deū et salui facti sunt. **U**obrem ut hanc ignoratiōē que prauissimi huius erroris radix et cā est possimus euadere. primūz nosse debemus. quid uere sit bonū. quid malum. et ita demū super his nō fallam vulgi. sed uerā scripturarū diffinitionē tenētes. minime infidelium hominū decipiēti errore.

De rebus que in hoc mūdo sūt id est bonis et malis et medijs.

Lap. iij.

Oria sunt enī que in hoc mūdo sunt. id est. bonū. malū. mediū. Debemus itaq; nosse qd proprie bonū. quid malum. quid uere sit mediū. ut nostra fides uera scientia communita in cunctis temptationibus incōcussa perduret. Nihil igitur in rebus dumtaxat humanis principale bonum eē credendū est. nisi uirtus animi sola. que si de sincera nos ad diuina perducens illi immutabili bono facit iugiter inherere. Et eōrio nihil malū eē dicendū est. nisi peccatū solum. qd a bono deo nos separans.

bonū q̄t

malū q̄t

It' p̄d' & honesti' un' p̄d' illud q̄t' bonū & malū & mediū

Collatio sexta Abbatis Theodori.

malo facit diabolo coplari. Media sūt que in vtramq; partem p affectu 7 arbitrio vtentis diriuari possunt. vt puta diuitie. potestas. honor. robur corporis. sanitas. pulchritudo. vita ipsa v'l mors. paupertas. infirmitas carnis. iniurię. et cetera his similia. que p qualitate 7 affectu vtentis. vel ad bonā possunt partē proficere vel ad malā. Nam 7 diuitie proficiunt frequēter ad bonū fm apostolū. qui diuitib; huius mundi precipit vt facile tribuāt. cōmunicēt indigētib;. thesaurisent sibi fundamentū bonū in futurū. vt per has apprehendāt veraz vitā. Et fm euāgeliū bone sunt illis qui faciunt sibi amicos de iniquo māmona. Que rursum retorquentur ad malum. cū ad recōtendū tantūmodo vel ad luxuriā cōgeruntur. et nō ad vsus indigentū dispensantur. Potestas quoq; 7 honor. corporisq; robur ac sanitas. q̄s sint media et vtrobiq; cōueniētia. etiā ex hoc facile cōprobatur. q̄ multi sanctor; i veteri testamento potiti his omnibus. 7 in summis diuitijs 7 culmine dignitatū ac fortitudine corporis constituti. deo quoq; accessitissimi fuisse noscuntur. Et ediuerso qui his male abusi sunt. et ea ad ministerijs suę neq̄tie detorserūt. non immerito vel puniti sunt vel extincti. q̄d frequenter regnoz lib indicat factū. De ipsa etiā morte ac vita quia medie sint. vel sancti Iohannis vel inde natiuitas protestatur. Anius namq; intm sibi met vita pfuit. vt alijs quoq; gaudiū ortus eius contulisse dicatur. fm illud. Et multi sup eius natiuitate gaudebūt. De alterius x̄o dicit vita. Bonū erat ei. si nat' nō fuisset homo ille. De morte etiā Iobānis omnīq; sanctor; dicitur. Preciosa ē in cōspectu dñi mors sanctor; eius. De inde aut ac similiū. Mors peccator; pessima. Infirmitas etiā carnis interdum q̄s sit cōmoda Lazari illius paupis vlcerosi beatitudo demōstrat. Cuius cum nulla alia virtutum merita scriptura commemoret pro hoc solo q̄ egestatem 7 infirmi-

tatem corporis patientissime tolerauit. si nus abrahe possidere beatissima sorte pmeruit. Egestas quoq; ac persecutiōes 7 iniurię que mala esse totius vulgi opinionione censentur. q̄s sint vtilis ac necessarie. etiam ex hoc liquido cōprobatur. q̄ sancti viri non solum eas nunq; vitare voluerunt. verum etiam in virtute summa. vel appetentes. vel fortiter tolerantes amici dei effecti. eterne vitę sunt stipendia consecuti. beato apostolo concinēte. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus. in contumelijs. in necessitatibus. in persecutionibus. in angustijs pro christo. Cum eniz infirmor tūc potens sum. quia x̄tus in infirmitate perficitur. Et idcirco illi qui summis huius seculi diuitijs 7 honoribus ac potestatibus extoluntur. non ex his principale bonum obtinuisse credendi sunt. q̄d in solis esse virtutibus definitur. sed medium quiddā q̄ sic insis recte ac necessarie vtentibus vtilia hec esse reperiuntur 7 cōmoda. occasionem namq; operis boni fructusq; in illius vitę eternitate parturiunt. ita illis qui male opibus abutuntur inutiles sunt atq; incōmode. 7 occasionez peccati mortisq; concinant.

¶ Quod malum nulli inuito ab alio possit inferri. Cap. iij.

Has itaq; diuisiones fixas atq; immobiles retinētes. scientesq; nihil esse bonum nisi virtutem solā. que ex timore dei ac dilectiōe descendit. nec malum quicq; esse nisi peccatum solum et separationem a deo. diligenter nunc discutiamus. vtrum deus vnq; sanctis suis. aut per se. aut per aliū quēpiam inferri permiserit malum. quod sine dubio nusq; omnino reperies. Recenti potuit aliquādo cuiq; nolenti ac resistenti maluz peccati alter inferre. nisi illi soli qui illud in sese cordis ignavia et corrupta voluntate suscepit. Deniq; cū btō iob diabol' adhibiū vniūsis neq̄tie suę machinis maluz h peccati voluisset

diuine

h. 10

potas

h. 10

infirmitas
h. 10

Tob

De nece sanctorum

l. 3. 34. 2. 2. 2.

inferre ac nō solum cunctis eū facultati
bus spoliasset. verū etiā post illū de mori
te septem filioꝝ tam atrocē tamq̃ in spe
ratū orbitatis dolore. vulnere eum pelli
mo a capitis vertice vsq̃ ad plantā pe
dum. ⁊ itolerādis cruciatibꝫ onerasset.
neq̃q̃ ei peccati maculā quirit in flige
re q̃ in cūctis imobilis perseverās. nul
lū blasphemie accōmodavit assensum.

Obiectio quē admodū ipse de
us dicatur creare mala. Cap. v.

Ermanus. Frequenter legi
mus in scripturis sanctis deus
creasse mala. vel hominibꝫ intul
lisse. vt est illud. **Q**uā absq̃ me nō est de
us. ego dñs ⁊ nō est alter formās lucem
et creās tenebras. faciēs pacē ⁊ creās ma
la. Et iterū. Si ē malicia ī ciuitate quaz
dñs nō fecit. Respon̄io super interro
gatione pposita. Cap. vi.

Theodorus. Rōnūq̃ lo
let scriptura dina abusiue ma
la pro afflictionibꝫ ponere non
quia p̄ naturā p̄prie mala sint. s̄ s̄m s̄
q̃ ab his sentiātur mala quibꝫ vtilit̄ in
ferūtur. Hominibꝫ etenī disputās diui
na censura. necesse est vt humanis x̄bis
et affectionibꝫ eloquatur. Etenī sectio
vel vltio salutaris quē illis qui vlcereꝫ
contagione putrefacti sunt p̄ie infertur
a medico. mala a tolerantibꝫ credit. nec
iniquo carcer. nec eq̃ calcar. nec emēda
tio suavis est delinquētī. Omnes etiam
discipline his q̃ erudiūtur amare sentiūt
tur ad p̄ns. sicut ap̄ls dicit. **D**ñs aut̄
disciplina ī p̄nti nō videt esse gaudij s̄
meror. postea at̄ fructū pacatissimū his
qui per se exercitati sunt reddet iusticie.
Et quē diligit dñs corripit. flagellat at̄
omne filiū quē recipit. Quis ei est filius
quē nō corripit pater. Itaq̃ mala non
nūq̃ poni pro afflictionibus solent. s̄m
illd. Et penituit deū super maliciā quā
locut⁹ est vt faceret eis ⁊ nō fecit. Et ite
rū. Quia tu dñe misericors ⁊ miserator.
patiēs ⁊ multū misericors ⁊ penitens in
malicijs. id est super tribulationibus et

erūnis que nobis pro peccatoꝝ nostroꝝ
rū meritis inferre cōpelleris. Quas sci
ens viles esse nōnullis. ita alius p̄p̄e
ta vtiq̃ nō inuidens salutē eoz s̄ cōsu
lens imprecatur. Adde illis mala domi
ne. adde mala glorioſis terrę. Et ip̄e do
minus. **E**cce inquit inducam super eos
mala. id est dolores ac vastitates. q̃bus
in presenti salubrit̄ castigati ad me quē
in rebus prosperis contempserūt. reuer
ti tandem ac festinare cogātur. **I**deoq̃
hęc principalia esse mala nō possumus
definire. multis enī ad bonū proficiunt
et causas eternorum pariūt gaudiorum.
Et idcirco vt ad questionem p̄positā
recurramus. vniuersa que putantur ma
la nobis ab inimicis vel a quibuscuq̃
alijs irrogari. nō sūt credenda mala eē s̄
media. Non enī talia inueniuntur qua
lia putat esse ille qui intulit animo furi
bundo. s̄ qualia senserit ille qui sustinet.
Ideoq̃ cum illata fuerit mors viro san
cto non ei malum illatum esse credendū
est. sed medium quiddā. **Q**uōd cū pecca
toꝝ malū sit. iusto requies ⁊ absolutio
fit maloz. Mors enī viro iusto req̃es
cui⁹ vita abscondita ē. **E**t tō n. c. vir iust⁹
ex hac aliq̃d p̄petit̄ detrimētū q̃ nihil p̄
tulit noui. s̄ id q̃d ei accessurū fuerat ne
cessitate nature. inimici neq̃tia non sine
p̄mio vite p̄nis excepit. ac debitū mor
tis hūane q̃d inexcusabili lege reddēdū
est. cū fructu vltimo passionis. ac ma
gne remuneratiōis mercede persoluit.

Interrogatio an reus sit qui in
iusto intulit morte cū iustus habe
at de morte mercede. Cap. vii.

Ermanus. Ergo si iterēpt⁹
iust⁹ nō solū nihil mali p̄p̄elul
est. s̄ etiā mercedē passiōis asse
q̃tur. quō in reatū vocabit̄ q̃ nō nocu
it mortē inferēdo s̄ profuit.

Respon̄io ad precedenteꝫ inter
rogatione. Ca. viij.

Theodorus. Nos de p̄p̄ie
tate toni maliq̃ vlt⁹ q̃d dixi⁹
eē mediū disputam⁹. nō de affectu eozū.

Collatio sexta Abbatis Theodozi.

qui ista committunt. Nec enim quis impius vel iniquus idcirco impunitus erit: quia malicia sua in se nocere non potuit. Tolerantia enim et fortis in se non illi qui mortem vel supplicia intulit: sed illi proficit ad mercedem qui illata sibi patienter excepit. Ideoque et hic merito punietur pro crudelitate suae vitio qua malum voluit inferre: et ille nihilominus nihil mali per se passus est: quia virtute animi sui patienter temptationes doloresque sustinens: ea quae malo proposito illata sunt ad profectum melioris status: et eterne vite fecit beatitudinem peruenire vel pertinere.

Exemplum beati iob a diabolo temptati: et domini a iuda traditi: et quod iusto tam prospera quam aduersa proficiat ad salutem. Cap. ix.

Quod enim patientia iob mercedem a diabolo: quod enim illustrioris suis temptationibus reddidit: sicut illi ipsi quod eas viriliter pertulit acquisiuit: nec iudaei eterni supplicij immunitate donabitur: quod perditio eius ad salutem generis profecit humani. Non enim patientis considerandus est operis operantis affectus. Quia propter hoc debet in nobis diffinitio immobiliter custodiri: quod nulli malum ab alio possit inferri: nisi qui illud indigna sui cordis ac pusillanimitate protraxerit: habet eandem sententiam beato apostolo vno versiculo confirmate. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur ad bonum. Dicit enim omnia cooperantur ad bonum: vniuersa non solum quae prospera: verum etiam quae putantur aduersa pariter comprehendit. Per quod et in alio loco idem apostolus se transisse describit: cum dicit. Per arma iusticie quae a dextris sunt et a sinistris: id est per gloriam et ignobilitatem: per infamiam et bonam famam: vel seductores et veraces: vel tristes: semper autem gaudentes: vel egentes: multos autem locupletantes et cetera. Omnia ergo quae prospera reputantur et dextere dicuntur pariter: quae sanctus apostolus glorie et bonae fame vocabulo designauit: illa etiam quae existimantur aduersa quae per ignobilitatem et infamiam euidenter ex-

pressit: quae a sinistris esse describit: efficiuntur viro perfecto arma iusticie si illa sibi magnanimiter sustinuerit: quod videlicet per haec dimicias et in illis ipsis quibus impugnari putatur aduersis tamquam armis utendo eisque velut arcu et gladio scutoque validissimo contra illos qui haec ingerunt committuntur: profectum suae patientie ac virtutis acquirat: gloriosissimum constantie triumphum ex ipsis quae letaliter inferuntur capiens hostium telis: nec prosperis dumtaxat elatus: nec deiectus aduersis: sit in itinere plano ac via regia semper incedens: ab illo tranquillitatis statu nequaquam leticia superueniente quasi in dextram motus: nec ingruentibus aduersis tristitiaque comminatione velut ad leuam rursus impulsus. Pax enim multa diligentibus nomen tantum et non est illis scandalum. De illis vero qui per singulos incurrentes casus: pro eorum qualitate ac varietate mutantur ita dicit. Stultus autem sicut luna mutatur. Et cum de perfectis ac sapientibus dicitur: diligentibus deum omnia cooperantur ad bonum: ita de infirmis pronunciat ac stultis. Omnia aduersa viro insipienti: nec enim prosperis rebus proficit nec emendatur aduersis. Eiusdem namque virtutis est tristitia fortiter tolerare: cuius etiam secundum moderari: et cum qui in vno eorum superatur neutrum sufferre certissimum est. Facilius tamen quis elidit potest prosperis quam aduersis. Nec enim interdum etiam inuitos retinent atque humiliant: et compunctione saluterrima vel minus peccare faciunt vel emendant: illa vero mollibus mentem ac perniciosam extollentia blandimentis: securos felicitatis suae: patientia ruina maiore prosternunt.

De virtute viri perfecti qui ab i dextere figuraliter nuncupatur.

Cap. x.
Isti sunt qui figuraliter in scripturis sanctis amfoterodexioi id est ab i dexteri nuncupantur: ut ille a oth in libro iudicum fuisse describitur: quod vtraque manu utebatur pro dextera. Quia virtute

De nece sanctorum

ita poterim⁹ nos quoq; intellectualie
possidere. si ea q; prospera sunt dexteraq;
censent. et ea que aduersa sunt ac sini-
stra dicitur. bono rectoq; vsu ad parte
fecerim⁹ dextera p̄tinere. vt q̄cūq; fue-
rint illata fiant nob̄ fm̄ aplm̄ arma in-
ficiē. **D**uab; nāq; partib; (z vt ita dix-
erim manib;) interiorē hōiem nostrū
subsistere quidemus: nec q̄sq; sanctorū
carere hac sinistra quā dicim⁹ p̄dē. s; in
hoc x̄tus p̄fecta discernit. si vtrāq; in-
dextra bñ vtendo cōuertat. **E**t vt ma-
nifestius hoc quod dicimus possit itel-
ligi. habet vir sanct⁹ dextera successus
videlicet spiritales. in qua tunc cōsistit.
qñ seruens spū desiderijs et cupiscen-
tijs omib; dñatur. qñ ab omī diabolī-
ca impugnatōe securus absq; vllō la-
lore ac difficultate vicia carnis vel re-
ria sentio me inuitissimū trahi. dicēdū
subinde mihi est. **D**eus in ad. m. in. dñe
ad adiu. me fe. **A**nticipare horā statute
refectionis instigor. seu modum iuste ac
solite parcitāt̄ retinere cū magno cordis
mei dolore contendo. cum gemitu mihi
est proclamandum. **D**eus in adiutorium
meum intende. domine ad adiuvandum
me festina. **I**eunijs me ob impugna
tionem carnis districtioribz indigentes
stomachi. phibet lassitudo seu ventri ari
ditas constrictioq̄z deterret. vt effectus

Collatio X abbatis Ysaac

meo desiderio tribuatur. vel certe ut est
carnalis concupiscentie absque temperamē-
to districtiois ieiunij cōquiescat. orandū
m̄ est. **De** in adiu. m. in. dñe ad ad. me
festina. **Accedens** ad refectiones hora le-
gittima suggerēte pceptionem panis ex
horreo. atq; ab omni esu naturalis neces-
sitate excludor. cuz eiulatu. pclamādū
est mihi. **Deus** in ad. m. intē. dñe ad ad.
me festina. **Volentē** me ob stabilitatē cor-
dis insistere lectioni. inter pellās capitis
prohibet dolor. horaq; tertia faciē meam
ad sacram paginaz somnus allidit. de-
putatum quieti tempus. vel transgre-
di. vel puenire compelloz. ipm̄ deniq; ca-
nonicum synaxeos psalmozūq; moduz
itercidere me grauissima somni cogitā-
tio. similiter pclamandum est m̄ **Deus**
in ad. m. inten. dñe ad ad. me fe. **Subla-**
to ab oculis meis sopore. multū me nocti-
bus diabolicū artib; in somnis video fa-
tigatū. omnēq; a palpebr; meis refectionē
nocturne quietē exclusam. cum suspirijs
orandum est mihi. **Deus** in ad. meā in-
tende. domine ad adiu. a. me fe. **Adbuc**
me in colluctatione positū viciozū titil-
lacio carnis repente cōpūgit. 7 ad p̄sen-
sum p̄trahere dormientē blāda oblecta-
tione conatur. ne ignis alienus exestuās
vrat suaue olentes flosculos castitatis.
clamandū mihi est. **Deus** in ad. m. intē.
dñe ad ad. m. fe. **Per** exticta sentio libi-
dinis incentiuā. genitalem mēbus meis
intepuisse feruorem. vt parta hec virtus
imo gratia dei in me diutius vel perpe-
tuo p̄seueret. intente dicendum est mihi
Deus in ad. m. inten. dñe ad ad. me festi-
na. **Irē** philaririe. tristitię. stimuli inq;
etor. cogorq; ppositam atq; amicam mi-
chi interrum pere lenitatem. ne in amari-
tudinem fell p̄turbatiōe furor; abducar
cū sūmo mihi gemitu. pclamādū ē **De**
in ad. me. in. dñe ad ad. m. fe. **Accidit** ce-
nodoxie. supbię elatione p̄ceptoz. ac de
aliozū negligētia. vel tepore quiddam si-
bi mēs subtili cogitatione blandit. ne
me p̄ualeat hec inimici p̄nciosa sugge-

stio. cū omni contritiōe cordis oranduz
est mihi. **De** in ad. m. inten. dñe ad ad.
me fe. **Humilitatis** 7 simplicitatē grām
supbię tumore deposito. ingi cōpūctiōe
spūs acquisiui. ne rursus veniat mihi
pes superbię. 7 manus peccatoris moue-
at me. grauiusq; de victorie mee elatiōe
confodiar. totis mihi. pclamanduz est
virib;. **Deus** in ad. m. inten. dñe ad ad.
me fe. **Enagationib;** aīe innumer; ac di-
uersis. 7 instabilitate cordis exestuo. nec
cogitōnum dispersiones valeo coer-
cere. ipamq; orationē meā fundere abs-
q; interpellatiōe atq; fantasmate ianiū
figuraz. fmonūq; 7 actū retractatiōe
non possum. tantaq; me sentio sterilitatē
huius ariditate cōstrictū. vt nullas om-
nino spiritalium sensuum generatiōnes
pturire me sentia. vt de hoc animi squa-
lore merear liberari. vnde me gemitibus
multis atq; suspirijs expedire nō possum.
necessarie. pclamabo. **Deus** in ad. m. in.
dñe ad ad. m. fe. **Directiones** rursus ani-
mę stabilitatez cogitationum. alacrita-
tem cordis. cum ineffabili gaudio 7 mē-
tis excessu. visitatione sancti spūs me se-
tio consecutum. exuberantia q; spirita-
lium sensuū reducere. reuelationem sa-
cratissimorum intellectuum. 7 antea pe-
nitus mihi occultozū. repentina domini
illustratione p̄cepi. vt in his merear diu-
tius immorari. sollicitē mihi est frequē-
terq; clamandum. **Deus** in adiutoriz
meū intende. domine ad adiuuandū me festina.
Nocturnis demonum terrorib; circū-
uallantibus exagitor. 7 in mundozum
spirituū fantasmatibus inquietor. spes
ip̄a mihi salutis ac vite trepidationis
horrore subtrahitur. ad salutarem versi-
culi huius portum confugiens totis vi-
ribus exclamabo. **Deus** in adiutorium
meum intende. domine ad adiuuanduz
me festina. **Rursum** cum fuero consola-
tione domini reparatus. 7 ipsius ani-
matus aduentu. velut innumeris ange-
lorum milibus me sensero circumsep-
tum. ita vt eozum quos morte grauis

De oratione

antea tremiscebam. et quorum tactu zimo
viciniam horrore mentis et corporis sentie-
bam. repente congressus expetere audeam
ac puocare conflictus. ut in me constantie
huius vigor per dei gratiam diutius imoretur.
Totum mihi est viribus proclamandum. **De** in
adiu. m. in. dñe ad ad. m. se. **Huius** igitur
hinc oratio in adiutis ut cruiam. in p.
speris ut seruemur ne extollamur. inces-
sabili iugitate fundenda est. **Huius** in q̄
hinc meditatio in tuo pectore indru-
pta voluat. **Hunc** in ope quilibet seu mi-
nisterio vel itinere constitutus decantare
non desinas. **Hunc** et dormiens et reficiens
et in vltimis nature necessitatibus medita-
re. **Hec** voluntatio cordis velut formula
tibi salutaris effecta. non solum illesum ab
omni demonum incursione custodiet. sed et
am cunctis te vitis terrene contagionis
expurgans. ad illas inuisibiles theozias
celestesq̄ perducet. atq̄ ad illam ineffabi-
lem ac perpand experitū. puebet orationis
ardore. **Hunc** hinc meditatio tibi
somnia irrepit. donec incessabili et
citatione format. etiam per sopore eundem
cantare consuescas. **Dic** tibi expergefa-
cto p̄m occurat. iste euigilanti cogita-
tiones anticipet vniuersas. iste te de tuo co-
surgentem cubili curationi genuum tra-
dat. atq̄ illinc teinceps ad omne opus
actusq̄ deducat. hinc te omni tpe pleq̄
hunc meditare. sicut p̄cepta legislatoris
sedens in domo et ambulans in itinere.
dormiens atq̄ cosurgens. hunc scribes
in limine et ianuis oris tui. hunc in parie-
tibus domus tue. ac penetrabilibus tui pe-
ctoris collocabis. ita ut hec ad orationem
p̄cumbenti sit tibi acclinis decantatio.
et exinde consurgenti. atq̄ ad oēs vsus
vite necessarios incedenti. fiat erecta et iu-
gis oratio. **De perfectione orationis
ad quam predicta traditione co-
scenditur**

Lap. xi.

Hanc mens indelinerter for-
mulam teneat. donec vsu eius
incessabili et iugi meditatione
firmata. cunctarum cogitationum diu-

trias amplasq̄ substantias abijciat et re-
futeat. atq̄ ita per seculi huius paupertate
reconstricta. ad illam angelicam beatitu-
dinem que inter ceteras beatitudines pri-
matum tenet. prona facilitate perueniat.
Beati enim inquit pauperes spiritu. quonia
iporum est regnum celorum. **Et** ita que per
istiusmodi paupertatem egregius pau-
per existens illud. prophetia implebit elo-
quium. **Pauper** et inops laudabit nomen
domini. **Et** reuera que maior aut sanctior potest
esse paupertas que illius qui nihil se pre-
sidij nihil virium habere cognoscens. de
aliena largitate quotidianum poscit auxi-
lium. et vitam suam atq̄ substantiam singu-
lis quibusque momentis diuina ope intel-
ligens sustentari. verum se mendicam domini
non immerito proficitur. suppliciter ad eum
quotidie clamans. **Ego** autem mendicor et
pauper sum. deo adiuua me. **Et** sic ad illam
que multiforme scientiam dei ipso illuminata
te conscendens incipiet teinceps subli-
mioribus ac sacrationibus misterijs sa-
ginari. sicut illud quod dicit per prophetam.
Montes excelsi ceruis. petra refugium
erinacis. **Quod** satis p̄pue huic quem
diximus sensui coaptatur. eo quod quisque
in simplicitate atq̄ innocentia perseue-
rans nulli est noxius vel molestus. sed sua
tamen simplicitate contentus solummodo se ab
insidiantium preda desiderat contuta-
ri. velut erinacis spiritualis effectus iugi eua-
gelice illius petre velamine protegatur.
id est memoria dominice passionis. pre-
dictique versiculi incessabili meditatione
munus in se habet inimici declinet insidias.
De his spiritualibus erinacis et in prouer-
bijs ita dicit. **Et** erinacis gens inualida
qui fecerunt in petris domus suas. **Et**
reuera quid inualidius christiano. quod
infirmius monacho. cui non solum nul-
la iniuriarum vindicta suppeditat. sed ne-
leuis quidem tacitaque commotio saltem
intrinsecus pullulare concedit. **Quis**que
autem ex hoc proficiens statu. non solum in-
nocentie simplicitatem possidet. sed etiam
am discretionis virtute munitus. viru-

Collatio x abbatis Ysaac

lentoꝝ serpentiuꝝ exterminatoꝝ effectus est. hñs contritã sathanam sub pedibus suis. 7 ad figurã rationabilis cervi mentis alacritate puenit. pascet in ppheticis atq; apostolicis montib; .i. excellentissimis eoz ac sublimissimis sacramentis. quoz iugi pascua vegetatus. oēs q; psalmoz affectus in se recipiēs. ita incipiet decantare. vt eos non tam q; a ppheta cõpositos s; velut a se editos. quasi orationes ppiã fundens cordis cõpunctiõẽ deprobat. vel certe ad suã psonã 3ellimet eos fuisse directos. eoz q; sententias nõ tunc tñmõ p pphetam aut in ppheta fuisse cõpletas. sed in se quotidie geri impleri q; cognoscat. **L**uc eni scripture diuine nobis clarius ppatescunt. 7 quodammodo eaz vt ne medullas pãduat. qñ experientia nostra earũ nõ tñmõ pcepit sed etiã puenit notionem. sensusq; xtoꝝ nõ p expositionẽ nobis s; p documẽta referant. Eundem nanq; recipientes cordis affectum q; q; q; decantatus vel conscriptus est psalmus velut auctores ei facti pcedem; magis intellectum ipius q; sequem; .i. vt prius dictoz x̄tutem q; noticiã colligentes. qd in nobis gestum sit vel quotidianis geratur incursum supueniente eoz meditatione quodammodo recorderem; . 7 quid i nobis vel negligentia nra pierit. vel diligentia cõquisierit. vel pudentia diuina contulerit. vel instigatio fraudauerit inimici. vel subtraxerit lubrica ac subtili obliuio. vel imulerit humana fragilitas. seu impuida sefellerit ignoratio. decantãtes reminiscamur. **D**es nanq; hos affectus in psalmis inuenim; expressos. vt ea q; i currerint velut in speculo purissimo per uidentes efficacius agnoscamus. et ita magis affectibus eruditi. nõ vt audita. s; tanq; pfecta palpem; . nec tãq; memorie cõmendata. sed velut ipsi rez nature insita. de interno cordis parturiam; affectu. vt eoz sensus non textu lectionis. s; experientia pcedente penetrem; . atq; ita ad illã oratiõis incorruptionẽ mēs nra pueniat. ad quã in supioꝝ tractatu q;

tum dñs dõnare dignat; est ordo collationis ascēdit. q; non solũ nulli; imagis occupat intuitu. s; etiã nlla voc nulla xtoꝝ psecutione distinguit. ignita x̄o menẽ intentione p ineffabilem cordis excessum inexplibili spūs alacritate pferat. quãq; mens extra oēs sensus ac visibiles effecta materias. gemitibus enarrabilibus atq; suspirijs profundit ad x̄um

Interrogatio quemadmodum spirituales cogitationes immobiliter teneantur. Cap. xij.

Germanus. Non solũ nobis traditione spirituali hui; quam poposcim; discipline. sed ipam plane pfectionẽ satis apte atq; dilucide putam; expressam. **Q**uid eni pōt esse pfecti; quid e sublimi; . q; dei memoriaz tam cõpendiosa meditatioẽ cõplectat. q; vnus x̄suli volutatione a cunctis visibiliũ terminis emigrare. 7 quodammodo affect; orationũ cunctaz breui fñmõẽ cõcludere. **E**t idcirco vnum qd sup̄est ad huc nobis pcamur exponi. quemadmodum hũc eundẽ x̄suli quẽ nobis vice formule tradidisti. stabiliter retinere possim; . vt sicut p dei grã sum; a secularium cogitationũ ineptijs liberati. ita spirituales q; q; immobiliter retentem; assequi valeam;. **D**emutabilitate cogitationum. Cap. xij.

Qui eni capitulum cuiuslibet psalmi mens nra cõceperit. in sensibilit; eo subtracto ad alterius scripture textũ nesciens stupensq; deuoluit. **L**ũq; illud in semetipsa cepit volutare. nec dũ illo ad integrũ ventilato. oborta alterius testimonij memoria meditationẽ materiẽ p̄oris excludit. de hac q; ad alterã subintrante alia meditatione transfert. 7 ita anim; sp̄ de psalmo rotat; ad psalmũ. de euangelij textu ad apli transiliens lectionem. de hac q; ad ppheticã deuoluit; eloquia. 7 exinde ad quasdam spirituales delatus historias. p oẽ scripturaz corp; instabil; vag; q; iactat. nihil p arbitrio suo p̄ualens vel

De oratione

abijcere vel tenere nec plerumque iudicio et examinatione finire. palpator tamen modo spiritualium sensuum ac degustator non generator nec possessor effectus. atque ita mens mobilis spiritus ac vaga in tempore quod sensus naxeos velut ebria per diuisa distrahit. nolum officium competenter exoluens. Verbi gratia. Cum orat psalmum aut aliquam recolligit lectionem. cum decantat aliud quid vel meditat quod textus ipsius continet psalmi. cum lectionem recitat. faciendum aliquid voluit factum remittit. atque in hunc modum nihil discipline nec oportune recipiens vel emittens. velut fortuitis agi videtur in cursibus. retinendi ea quibus delectatur. vel immorandi in eis non habens potestatem. Necessarium ergo nobis est per omnibus nosse. quemadmodum haec spiritualia competenter explere possimus officia. vel certe hunc eundem exercitulum quem nobis vice formale tradidisti immobiliter custodire. ut omnium sensuum ortus ac finis non in sua volubilitate fluctuent. sed in nostra ditione consistant. **Responsio quemadmodum stabilitas cordis seu cogitationum possit acquiri. La. xiiij**

Vsaac. Licet praedem super hac re disputantibus nobis de orationis statu quantum reor sit sufficienter expressus. tamen quia vobis haec eadem poscitis iterari. de confirmatione cordis breuiter intimabo. Tria sunt quae vagam mentem stabilem faciunt. vigilia. meditatio. et oratio. Quarum assiduitas et iugis intentio conferunt animae stabilem firmitatem. Quae tamen alias nullo modo poterit apprehendi nisi per operis non filargie sed sacri cenobii vobis dedicati. infatigabile iugitate omnes omnino sollicitudines et cure vite praesentis prius fuerint abdicatae. ut ita illud apostolicum mandatum. sine intermissione orate. possim implere. Per parum namque orat. quisque illo tempore quod genua flectunt orare consuevit. Nunquam vero orat. quisque etiam flexis genibus euagatione cordis quicquam distrahit. Et idcirco quales orantes volumus inueniri

tales nos esse oportet ante tempus orandi. Necessesse est enim mentem in tempore supplicationis suae de statu praecedenti formari. illamque eam cogitationibus orantem vel ad caelestia sublimari vel ad terrena demergi. quibus ante orationem fuerit immorata. Hucusque abbas ysaac attonitum nobis secundam collationem de orationis qualitate digessit. Cuius doctrinam super illius praedicti exercituli meditatione quam velut informationis loco ab incipientibus tradiderat retinendam. ammirantes admodum. et excolere tenacissime curpietes. utpote quam compendiosam ac facilem credebamus. difficiliorem satis ad observandum experti sumus. quam illud studium nostrum quo solebamus antea per omnes scripturarum corpus absque ullius observationis vinculo varia passim meditatione discurrere. Constat igitur neminem prius ob impetitam litterarum a perfectione cordis excludi. nec rusticitate obesse ad caelestem puritatem. quam compendiosissime adiacet cunctis si modo sanam et integram mentis intentionem iugiter ad deum exercituli huius meditatione seruauerit.

Explicit collatio secunda abbas ysaac de oratione.

Explicit decem collationes Cassiani.

Incipit prefatio cassiani in se-
ptem alias collationes.

*Emulatio per se non dicitur
animo*

Quoniam vir-
tutem perfectionis ve-
stre qua velut magis
quedam lumina
in hoc mundo admi-
rabili claritate ful-
getis etiam multi sanctorum qui vobis eru-
diuntur exemplo vix queant emulari. tamen
vos o sancti fratres honorate et euberi.
tanta illorum sublimium virorum a quibus pri-
ma anachoreseos instituta suscepimus
laude flammam. ut vnus quidem ve-
strum ingenti fratrum cenobio presides
aggregationem suam quam quotidiano sancte
conuersationis vestre docet intuitu. illorum
quibus patrum preceptis optet insitui. alter vero
ut etiam corporali eorum edificaret aspe-
ctu egyptum penetrare voluerit. ut hanc quam
si frigoris gallicani rigore torpentem. pu-
ciam derelinquens ad illas quas soli iusticie
proximum respicit terras. maturum fructum fru-
ctibus redundantes. velut turtur castissi-
mus transuolaret. necessario sibi mibi vir-
tus charitatis extorsit. ut vni desiderio
alteri etiam labori consulens. tam abruptum
scribendi periculum non vitaret. dum modo
et post apud filios adderet auctoritas. et
secundo tam piculose navigationis necessi-
tas temeret. Proinde quod fidei vestre atque
feruori. nec illa instituta cenobiorum que xij
libellis ad beate memorie episcopi cassiani
quo potuimus sermone conscripsimus
nec decem collationes in scythiote be-
remo comorantium patrum quas precipienti-
bus sanctis elladio et leontio episcopis vtriusque
que digessimus. satisfacere potuerunt. nunc
etiam ut itineris nostri ratio et ordo cognosca-
tur. trium in alia heremo consistentium quas
primos vidimus patrum septem collationes
pari conscriptas stilo vobis credidi con-
secrandas. quibus ea que de perfectione in-
preteritis opusculis nostris obscuris for-
sitan comprehensa vel pretermissa sunt sup-
pleantur. Si vero sanctam studij vestri si-
tim etiam hec fatiare non quierint. septem

alię collationes que ad sanctos quatuordecim
stochadibus consistunt insulis emitten-
te sunt fratres desiderium ut arbitror ve-
stri ardoris explebunt. **Explicite prefatio**
Incipiunt capitula colla-
tionis prime abbatis cheremo-
nis de perfectione. **Cap. primum**
Quod scriptio theneseos oppidi.
iij De episcopo archiepo.
iij Descriptio heremi que morabatur
cheremon nesteros et ioseph
iij De abbate cheremone et excusa-
tione eius super postulata doctrina
v De responsione nostra contra ex-
culationem eius.
vi **Propositio** abbatis cheremonis
per quibus modis vicia vincant
vij **Quibus gradibus** ad sublimitatem
charitatis possit ascendi et que
sit in ea stabilitas
viii **Quantum excellant** qui per charita-
tis affectum declinant a vitijs
ix **Quod charitas non solum** de seruis fi-
lios faciat. sed etiam imagines
dei ac similitudinem conferat.
x **Quod perfectio charitatis sit** pro ini-
micis orare et quo iudicio ani-
ma necdum purgata noscat
xi **Interrogatio cur affectum timo-
ris et spei dixerit imperfectum**
xii **Responsio de diuinitate perfectionis**
xiii **De timore qui charitatem magni-
tudine generatur.**
xiiii **Interrogatio de consummatione**
castitatis.
xv **Dilatio expositionis postulate.**
Explicite capitula. Incipit
collatio prima abbatis Chere-
monis de perfectione. Cap. i.
Quoniam in cenobio
syrie persistentes per prima
fidei rudimenta succedentes
aliquatenus incrementum maio-
rem perfectionis desiderare gratiam cepisse
mus. statuimus confestim egyptum petere
ac remotissima etiam thebaydos heremo
penetrata. sanctorum plurimos quorum

Collatio XI cheremonis de perfectōe

gloriam fama p̄ vniversa diffuderat. si non emulādi saltem agnoscendi studio inuisere. Igitur ad oppidum egipti cui thennesus nomen est emensa nauigatio ne puenimus. Cuius accole ita vel mari vel stagnis salis vndiq; circūluunt. vt soliquia terra deest negociationibus dediti opes atq; substantiā nauali commercio parēt. ita vt edificijs cum voluerint extruendis terra non suppetat. nisi de longinquo nauigijs apportetur.

De episcopo archebio. Cap. ij.

Ubi cum aduenientibus nobis fauens desiderijs nostris diuinitas beatissimi atq; p̄cipui v̄ri archebij episcopi prestiterit aduentum. qui raptus de anachoretaz cētū. rep̄ns panephis oppido dat. tanta districtio ne omni euo suo ppositum solitudis custodiuit. vt nihil de p̄terite humilitate te noze laxauerit. aut de adiecto sibi honore blanditus sit. Non enim tanq; ydoneum se ad istud officium testabat ascitum. sed velut indignum ab illa anachoretos disciplina querebatur expulsus. eo q; triginta et septem annis in eadem cōmoratus. ad puritatem tante p̄fessionis nequa q̄ puenire potuisset. Sic igitur cum in supradicta thenneso quo euz eligēdi illuc ep̄i causa p̄duxerat. pie nos atq; humanissime suscepisset. agnito de siderio nostro quo sanctos patres etiaz in vltiorib; egipti partib; inq̄rere de siderabamus. Venite inquit et videte v̄terim senes haud longe a nostro monasterio consistētes. quoz zita et antiq̄tas in corporib; iam curuatis. et sanctitas in ip̄o etiam fulget aspectu. vt vel sola contemplatio eoz magnā intuētib; possit conferre doctrinam. a quib; id qd ego amissum doleo. quodq; tradere iam p̄ditum nequeo. non tam v̄bis q̄ ip̄o sancte vite discat̄ exēplo. Credo aut̄ inopiā meā hoc studio aliq̄ten⁹ subleuandā. si inq̄rentib; vobis illā euangelicā margaritam quā ip̄e nō habeo saltem. puidero v̄bi eam cōmodius comparetis.

Descriptio heremi in qua comorabatur cheremo nesteros et ioseph. Cap. iij.

Sumpto ita q̄baculo et pera. vt illic cunctis viam ingrediētibus mōachis mozis est. ad ciuitatem nos suaz. id est panephisum itingris dax ip̄e perduxit. Cuius terras immo etiam contigue regionis plurimam partem quondam opulentissimā. siquidem ex ea cuncta vt fama est in regios c̄bos subministrabantur. repentino terremoto excussam mare transgressis limitibus occupauit. atq; ita collapsis ferme oibus vicis opimas olim terras salis paludibus sup̄texit. vt illud qd in psalmo sp̄iali ter decantat. Posuit flumina in desertum. et exitus aquarum int̄sitim. terram fructiferam in salisuginem a malicia inhabitantū in ea. Scdm̄ litteram de illa putent regione predictum. In his igitur locis multa in hunc modum oppida eminentioribus tumul̄ collocata. fugatis habitatorib; eluies illa. velut in sulas fecit. que desiderata m̄ fecerunt sanctis solitudinem p̄bent. i quibus tres senes. id est cheremon nesteros et ioseph anachorete antiquissimi consistebant. **De abbate cheremone et excusa tōne eius sup̄ postulata doctrina. Cap. iij.**

Itaq; bt̄us archebi⁹ p̄mū nos pducere ad cheremonē maluit. q; et mōasterio ei⁹ pp̄ior et duobus alijs p̄uector̄ esset etate. Nā cū centenariū vite annū sp̄ū tm̄ alacer excessisset. ita do: sum ei⁹ tēpis fuerat vetustate atq; orationū iugitate curuātū. vt q̄si i p̄menā redact⁹ infantia. submissis ac p̄tentē terraten⁹ manib; p̄grederet. Qui⁹ igit⁹ et vultū mirabile et incessū pie itaētes. si qdē defectū mortificatisq; iā oibus mēbris. neq; cēsuraz p̄terite districtio nis amiserat. cū h̄monē atq; doct̄nā sap̄licit̄ p̄scere⁹. ac d̄sideriū tm̄ sp̄ialiū i f̄tationū cām fu ille aduēt⁹ n̄ri. prestare mur. grauiē ille suspirā. Quid vob ait

Collatio XI abbatis Cheremonis

possit conferre doctrinā cū imbecillitas senectutis ut rigorem pristinum relaxat. ut ita loquēdi q̄z ademit fiduciā. Quē admodum enī docere p̄sumam qd̄ ipse non facio. aut alium in eo instruam qd̄ me iam vel minus vel tepidius exercere cognosco. Ob quā rem nullū iuniorum mihi in hac vsq̄ etate cohabitare p̄misi ne exemplo meo alterius districtio laxaretur. Nunq̄ enī erit efficac̄ institutiōis auctoritas nisi eaz̄ effectu operis sui cordi affixerit audientis.

De responsione nostra cōtra excusationem eius. Cap. v.

Hec nos non mediocri cōfusione compuncti ita respondimus. Licet sufficere nobis ad omnem instructionē debeat. v̄l loci isti? difficultas. vel ip̄a etiā solitaria adhuc vita. quā iuuentus q̄z robusta vix possit tolerare. que nos etiam te tacente. satis abunde q̄z instruit atq̄ compungūt. rogamus tñ ut taciturnitate paululū pretermittat. ea nobis potius dignanter infundas. p̄ que hanc quam videmus in te virtutem non tam imitatioe complecti q̄z admiratione possimus. Nam etiam si reuelatus tibi tepor̄ noster impetrare id quod expetimus non meretur. debet hoc saltez labor tanti itineris obtinere q̄ huc de terribilemici cenobij rudimentis institutiōis vestre desiderio et p̄fectus nostri amore propinquamus.

Propositio abbatis cheremonis quibus modis vicia vincantur. Cap. vi.

Nunc beatus Cheremon. Tria sunt inquit que faciūt homines a vicijs tēperare. id est aut metus gehennę siue presentiu legū. aut spes atq̄ desiderium regni celoꝝ. aut affectus boni ipsius amorisq̄ virtutum. Nam timor ita mali cōtagium legit̄ execrari. Timor domini odit maliciā. Spes etiā viciōrū omnium excludit incursum. Nō enī delinquent omnes qui sperant in eum. Amor q̄z ruinā non metuit peccatorum.

q̄z charitas nunq̄ cadit. Et iterū. Charitas operit multitudinē peccatoꝝ. Et idcirco beatus ap̄tus omnem salutē summam in istarū trium virtutum cōsummatione concludens. Nunc inquit manēt fides. spes. charitas. tria hec. Fides namq̄ est que futuri iudicij ac supplicioꝝ metu viciōrum facit contagia declinari. Spes que mentem nostrā de presentibz auocans vniuersas corpori voluptates celestium p̄miorū expectatione continet. Charitas que nos ad amorem christi et sp̄ualium virtutum fructum mētis ardore succendēs. quicqd̄ illis contrariuz est toto facit odio detestari. Que tria licet ad vnum finem tendere videant. prouocant enī nos a rebz illicitis abstinere. magnis tamen excellentię suę gradibz ab inuicem disparant. Duo namq̄ superiora. p̄prie hoīm sunt eozū qui ad p̄fectum tendentes nec dū affectū concepere virtutum. Tertiu specialiter dei est et eorum qui in sese imaginē dei ac similitudinē receperūt. Ille namq̄ solus ea que bona sunt nullo metu nulla remuneratiōis gr̄tia puocante. sed solo bonitatis affectu operat̄. Omnia enī ut ait salomon operatus est dñs p̄pter semetip̄m. Suenā q̄z bonitatis obtentu omnē bonorum copiam dignis indignisq̄ largitur. q̄z nec fatigari iniurijs potest nec iniquitatibz hoīm passibiliter pmoueri. semp̄ se mansens p̄fecta bonitas immutabilisq̄ natura. Quibus gradibus ad sublimitatem charitatis possit ascendi. et que sit in ea stabilitas.

Quis igitur ad p̄fectionem tendit. de illo p̄mo timoris gradu quem p̄prie diximus esse seruilem. de quo dicit. Cū omnia feceritis. dicite quia serui inutiles sumus. Ad altiozem sp̄i tramitem gradu p̄ficiente conscendet. qui iam nō seruo sed mercenario cōpatur. quia mercedē retributionis expectat. et quasi de peccatorū absolutione et penali timore securus ac bonozū sibi operū cōsciūs. licet placitū

De perfectione

premiū videatur expetere. tñ ad affectū illū filij q̄ de paterne indulgentie liberalitate p̄fides. om̄ia que patris sunt sua esse nō ambigit. puenire non potuit. Ad quem etiā ille p̄dignus. qui cū substantia patris etiā filij nomen amiserat. aspirare non audeat dicēs. Jam nō sum dignus vocari filius tuus. fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Post illas enī porcorum siliquas quarum ei satietas negabatur. id est vitiorum sordidos cibos. quia in semetip̄m reuersus et saluari timore compunctus. immūdiam porcorum horreiciā ceperat. ac dire famis supplicia formidabat. velut iam seruus effectus etiā mercenarij statum de merce etiam cogitans concupiscit ac dicit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. et ego hic fame peo. Reuertar ergo ad patrem meum. et dicā illi. Pater. peccaui in celum et coram te iam non sum dignus vocari filiū tuum. fac me sicut vnū de mercenarijs tuis.

Quantum excellant qui p̄ charitatis affectum declinant a vitijs.

Lap. viij.

Ed ad istam humilis penitentie vocem in occursum eius pater p̄siliens. maiore q̄ amissa fuerat pietate suscepit. enīq̄ non contentus minora concedere. vtroq̄ gradu sine dilatione transcurso. p̄stine filiorum restituit dignitati. Festinandum p̄inde etiā nobis est. vt ad tertium filiorum gradum qui omnia que patris sunt sua esse credunt p̄ indissolubilem charitatis gratiam conscendentes. celestis illi patris imaginem ac similitudinem recipere mereamur. et ad imitationem veri illius filij proclamare possimus. Omnia que habet pater mea sunt. Quod etiā de nobis beatus apostolus p̄fetur dicens. Omnia vestra sunt. sine paulo. sine apollo. sine cephas. sine mundus. sine vita. siue mors. siue p̄sentia. siue futura. omnia vestra sunt. Ad quam similitudinē etiā saluatoris p̄cepta nos puocant. Estote

inquit et vos perfecti sicut et pater vester celestis p̄fectus est. In illis enim nonnū. q̄ solet interrumpi bonitatis affectus. cū aliquo vel tempore vel leticia vel oblectatione vigor animi relaxat. aut metu ad p̄sens gehenne aut desiderij subtrahit futurorum. Et est q̄dem in illis gradus cuiusdam p̄fectus imbuens nos. vt dū vel penarū metu vel premiorū spe incipimus vicia declinare. ad charitatis gradum transire possimus. q̄ timor inquit non est in charitate. sed p̄fecta charitas foras mittit timorem. qm̄ timor penam habet. Qui autem timet non est p̄fectus in charitate. Nos ergo diligamus. q̄a de prior dilexit nos. Non ergo aliter ad illam veram p̄fectionem conscendere poterimus. nisi quemadmodum nullius alterius nisi nostre salutis gratia. prior nos ille dilexit. ita cum nos q̄ nulli aliterius rei nisi sui tantū amoris dilexerimus obtentu. Nobis nobis studēdū est vt de timore ad spem. de spe ad charitatem dei. vel ip̄arum virtutū amorē. p̄fecto mentis cōscendamur ardore. vt transmigrantes in affectum boni ip̄ius immobiliter. quantū humane possibile est nature quod bonum est retentemus.

¶ Charitas non solum de seruis filios faciat sed etiā imaginem dei ac similitudinē cōferat

¶ Altum nanq̄ differt. **L. ix.** Inter eum qui metu gehenne vel spe retributionis future vicio in se extinguit incendia. et eum qui diuine charitatis affectu ip̄am maliciam et immundiciam perborrescit. ac puritatē possidet bonum amore tantū et desiderio castitatē. nec iam remunerationē future. p̄missionis aspiciens. sed p̄sentis boni delectatus conscientia agit om̄ia. nec contemplatione penarū sed delectatiōe virtutum. Hic nanq̄ status nec submotis cunctorū hominū testimonijs abuti occasione peccati. nec occultē cogitationū violari oblectationibus potest. dum affectum virtutis ip̄ius medullitus reti-

Collatio XI abbatis Cheremonis

uens quicquid illi contrarium est non solum corde non recipit. verum etiam summo detestatur horrore. Aliud namque est presenti bono quicquam delectatum. odio habere vicioz carnis ve contagia. aliud future remunerationis intuitu illicitas concupiscentias refricare. aliud quod est presens metere detrimentum. et aliud futurum formidare supplicium. Postremo multo maius est. propter bonum ipsum a bono nolle discedere. quam propter metum mali malis non pretere consensus. In illo enim voluntarium bonum est. in isto vero velut coactum et tamquam nolenti violententer extortum. vel metu supplicij vel cupiditate premiorum. Nam qui timoris obtenta a viciorum abstinet blandimentis. adempto timoris obstaculo rursus ad illud quod diligit reuertetur. et ob id nec stabilitatem boni iugiter obtinebit. sed nec ab impugnatione quidem aliquam requiescet. quia nec firmam ac perpetuam pacem callimonie possidebit. Ubi est enim inquietudo bellorum. non possunt non etiam vulnerum interuenire discrimina. Necesse est enim quicquam in conflictu situm. quous bellator sit ac fortiter dimicet et letalia adversarij vulnera frequenter infligat. nonnumquam tamen hostili mucrone perstringi. Qui vero superata impugnatione viciorum pacis iam securitate perfruitur. et transit in ipsius virtutis affectum. iugem statum illius boni cuius totus est retentabit. quia damnum in time castitatis nihil credit esse damnosius. Nec enim carius ac preciosius quicquam presenti indicat puritate cui pena gravis est. vel virtutum preciosa transgressio. vel ipsius vicij virulenta contagio. Huic inquam nec reverentia humane presentie que quod adijciet honestatis. nec minuet solitudo. sed ubique secum semper circumferens arbitram non solum actuum sed etiam cogitationum suarum conscientiam. illi potissimum studere contendit. quem nec circumueniri nec falli. nec subterfugere se posse cognoscit.

¶ Perfectio charitatis fit. p inimicis orare. et quo iudicio anima nec dum purgata noscatur.

Capitulum x.

¶ **Q**uem statum si quis de adiutorio dei non de studij sui labore presumens meruerit possidere. de conditione serui in quod timor est. et mercennaria spei cupiditate in qua non tam bonitas largientis quam premium retributionis appetitur. in adoptionem incipiet transire filioz. ubi iam non timor. non cupiditas sed illa charitas que nunquam cadit iugiter pleuerat. De quo timore et charitate quodam increpans dominus quid cuius persone conueniret ostendit. Filius honorat patrem. et seruus dominum suum timet. Et si pater ego sum. ubi est honor meus. Et si dominus ego sum. ubi est timor meus. Necesse est enim eum timere qui seruus est. quia seruus sciens voluntatem domini sui et non faciens digne vapulabit plagis multis. Per hanc itaque charitatem quisquis ad imaginem dei similitudinemque peruenit. bono iam propter boni ipsius delectabilem voluntatem. ac similem quodammodo possidens patientie ac lenitatis affectu. nullis deinceps peccantium vicijs irascetur. sed veniam potius infirmitatibus eorum condoles atque compatiens implorabit. seque reminiscens tam diu similitudinem passionum stimulis impugnatam. donec misericordie domini saluaret. nec suo erutus studio ab impugnatione carnali. sed dei protectione saluatum. non iracundiam sed misericordiam errantibus intelliget impendendam. illum versiculam ad deum cum omni cordis tranquillitate decantans. Tu dirupisti vincula mea. tibi sacrificabo hostiam laudis. Et nisi quia dominus adiunxit me. paulominus habitauerat in inferno anima mea. Et in hac mentis humilitate consistens. poterit etiam euangelicum illud perfectionis explere mandatum. Diligite inimicos vestros. et benefacite his qui oderunt vos. et orate pro persecutoribus et calumniatoribus vos. et ita ad il

De perfectione

lud premiū quod subiungit merebitur
peruenire per quod nō solum imagines
dei et similitudinem preferamus. verum
etiam filij dei nuncupemur. vt siq̄ inquit
filij patris vestri qui in celis est. qui solē
suum ori facit super bonos et malos. et
pluit super iustos et iniustos. Quem af-
fectum beatus iohannes assecutum se es-
se cognoscens ait. **At fiduciam habea-**
mus i die iudicij. quia sicut ille est et nos
sumus in hoc mundo. In quo enī infir-
ma et fragilis humana natura esse sicut
ille est potest nisi se i bonos et malos iustos
et iniustos ad imitationem dei placida
semper sui cordis extenderit charitate.
Et vt bonum. ppter boni ipsius operetur
affectus. pueniēs ad illam veram adop-
tionem filioꝝ dei. de qua ides bñs apls
ita pronūciat. Omnis q̄ natus est ex deo
peccatū non facit. quia semē ipsius in eo
est. et non potest peccare. qm̄ ex deo natus
est. Et iterum. **Scimus q̄ omnis q̄ natus**
est ex deo non peccat. sed generatio
dei conseruat eum et malignus non tan-
git eum. Quod intelligendum est nō de
omni genere peccatorū. sed de capitali-
bus tantū criminibus dici. **A** quibus se
quisq̄ extrahere atq̄ emundare nolue-
rit. p̄ illo in alio loco p̄dictus a postol^o
ne orari quidem debere pronūciat. **Qui**
scit in quiens fratrem suum peccare pec-
catum non ad mortem. petat et dabitur
ei vita peccati non ad mortem. Est pec-
catum ad mortem. non p̄ illo dico vt ro-
get quis. **Ceterū de illis que pronūcian-**
tur non esse ad mortem. a quibus etiam
hi qui fideliter christo deseruiunt. quā-
talibet semetip̄os circūsp̄ctione custo-
diant. immunes esse non possunt. ita di-
citur. Si dixerimus quoniā peccatum
non habemus ipsi nos seducimus et ve-
ritas in nobis non est. Et iterum **Si di-**
xerimus quia nō peccauimus. mendacē
facimus eum. et verbum eius non est in
nobis. **I**mpossibile nanq̄ est quemlibet
sanctorū non in istis minutis que per ser-
monem: per cogitationem: per ignoran-

tiam: p̄ obliuionem: per necessitatem: per
voluntatem: p̄ obreptionem. admittun-
tur incurrere. **Quę licet ab illo peccato**
quod ad mortem esse dicitur aliena sint
culpa tamen ac reprehensione carere nō
possunt. **Cum ergo quis hunc que p̄-**
diximus bonitatis affectum et imitatio-
nem dei fuerit assecutus. tunc visceribꝯ
dominice lōganimitatis indutus p̄ per-
secutoribus quoq̄ suis orabit similiter
dicens. Pater ignosce eis. non eī sciunt
quid faciunt. **Ceterum euidentis indicij**
est anime. nec dum vitorū fecibus eliq̄-
te in criminibus alienis non affectu mi-
sericordię cōdolet. sed rigidam iudicā-
tis tenere censuram. **Nam quemadmo-**
dum p̄fectionem cordis poterit obtine-
re is qui non habet illud quod apostol^o
plenu dinem legis consummare posse si-
gnauit. Alterutrū in quibꝯ onera vestra
portate. et sic implebitis legem christi. sꝯ
nec illam virtutem possidet charitatis.
que non irritatur. non inflatur. non co-
gitat malum. que omnia suffert. omnia
sustinet. **Iustus enī miserec animas pe-**
corum suorū. viscera autem impiorū si-
ne misericordia. **Ideo q̄ isdē vicijꝯ mo-**
nachum subiacere certissimū est. que in
alio inclemēti atq̄ inhumana seuerita-
te condemnat. **Rex enim rigidus incur-**
rit mala. et q̄ obturat aures suas ne au-
diat infirmum. et ipse inuocabit et non
erit qui exaudiat eum

Interrogatio cur affectū timo- ris et spei dixerit imperfectum.

Ermanus. Doct^r La. ri-
terter quidem atq̄ magnifice
de p̄fecta dei charitate dissertū
est. verūtāmē illud nos permouet quod
cum eā tanta laude pretuleris. timorem
dei et spem retributionis eterne imperfecta
esse dixisti. cum vtiq̄ multo aliud videat
tur de eis. p̄pheta sensisse dicens. Time-
te dominū omnes sancti eius. quia nihil
deest timentibus eū. **Et iterum in obser-**
uandis iustificatiōibus dei. retributio-
nis se contemplatione fatigat. exercitatiū

Lollatio XI abbatis Cheremonis

ad heb 11 c

Inclinavi inquam cor meum ad faci-
endas iustificationes tuas in eternum
propter retributionem. **Et apostolus.** Fi-
de inquit moyses grandis factus. nega-
uit se esse filium filie pharaonis. magis
eligens affligi cum populo dei quam tem-
poralis peccati habere iocunditatem ma-
iores divitias existimans thesauris egi-
ptiorum imperium christi. Aspicebat enim
in remanentiam. Quomodo ergo imper-
fecta esse credenda est. cum et beatus da-
vid retributionis obtentu iustificationes
domini se fecisse gloriatur. et legislator prima
futura. prospiciens. sprevisse adoptionem
regie dignitatis. et afflictionem dirissi-
mam egyptiorum thesauris pretulisse di-
catur.

Responsio de diversitate per- fectionum **Cap. xij.**

Cheremon. Pro statu atque
mensura uniuscuiusque mentis
scriptura divina ad diversos per-
fectionum gradus arbitrii nostri. provocat liber-
tatem. Nec enim poterat uniformis om-
nibus perfectionis corona proponi. quia
nec omnium una virtus aut voluntas aut
servor est. et idcirco ipsarum quodammodo
perfectionum diversos ordines. diversaque
mensuras sermo divinus instituit. Quod
ita esse evangelicarum quoque beatitudi-
num varietas evidenter ostendit. Licet
enim beati dicantur quorum sunt regna ce-
lorum. et beati qui possidebunt terram. et
beati qui consolationem recipiunt. et beati
qui saturitate potientur. tamen multum cre-
dimus interesse inter habitationem re-
gni celorum et possessionem illius quecum-
que est terre. et inter perceptionem consola-
tionis et plenitudinem saturitatemque ius-
ticie. multumque distare inter illos qui mi-
sericordiam consequuntur. et illos qui glo-
riosissima visione dei perfungi merebuntur.
Alia enim gloria solis. et alia gloria lune.
et alia gloria stellarum. Stella enim a stella
differt gloria. ita et resurrectio mortuo-
rum. Cum igitur iuxta hunc modum scri-
ptura divine timentes deum laudet et di-

cat. **Beati omnes qui timent dominum.** et ple-
nam pro hoc illis beatitudinem repromit-
tat. iterum tamen dicit. **Timor non est in**
charitate. sed perfecta charitas foras mit-
tit timorem. quam timor pena habet. **Qui**
autem timet. non est perfectus in charitate.
Et rursus. cum servire deo gloriosum sit
et dicatur. **Servite domino in timore.** et
magnum tibi est. vocari servum meum.
et beatus servus ille quem cum venerit dominus
suis inuenerit sic facientem. tamen ad apo-
stolos dicit. **Jam non dicam vos servos**
quia servus nescit quid faciat dominus
suis. Vos autem dico amicos. quia omnia
quecumque audivi a patre meo nota feci
vobis. **Et iterum.** Vos amici mei estis. si
feceritis ea que precipio vobis. **Videtur ergo**
perfectionum gradus esse diversos. et
de excellis ad excelsiora nos a domino pro-
vocari. ita ut is qui in timore dei beatus et
perfectus extiterit. ambulans sicut scriptum
est. de virtute in virtutem. et de perfectione
ad aliam perfectionem. id est de timore ad
spem. mentis alacritate conscendens. ad
beatiorum statum quod est charitas
inuitetur. **Et qui fuerit fidelis servus ac**
prudens. ad amicitie sodalitate et adop-
tionem transeat filiorum. **Secundum ergo hunc**
sensum nostra que est intelligenda senten-
tia. non quo contemplatione prepetue illius
pene vel beatissime retributionis que re-
promittitur sanctis. nullius pronunciamus
esse momenti. sed quia cum sint utiles et se-
ctatores suos ad initia beatitudinis in-
troducant. charitas rursus in qua ple-
nior fiducia perpetuumque iam gaudium est
assumens eos de timore servili et mercen-
naria spe. ad dilectionem dei et adoptio-
nem transferet filiorum. et quodammodo per-
fectiores faciet de perfectis. **Multe enim**
ait salvator mansiones sunt apud patrem
meum. **Et licet omnia astra esse videantur**
in celo. inter claritatem tamen solis et lu-
ne atque luciferi ceterarumque stellarum mul-
ta distantia est. **Et idcirco beatus apostolus.**
non solum timori ac spei. sed etiam cumque caris-
matibus que magna ac mirifica habet

De perfectione

eam pferens supra modum excellentio-
rem omnibus viam charitatis ostendit
Nam cum vellet expleto omni catalo-
go spiritaliu carismatum virtutum ei-
us membra describere ita prefatus est. Et
adhuc supra modum excellentiore vias
vobis demonstro. Si linguis hominum
loquar et angelorum et si habuero prophe-
tiam et nouerim misteria omnia et omne
sciam et si habuero oem fidez ita vt mo-
tes transferam et si distribuero in cibos
pauperum omnes facultates meas. et si
tradidero corpus meum ita vt ardeam
charitatem autem non habuero nihil mi-
hi prodest. Videtis ergo nihil preciosi
nihil perfecti nichilq sublimius (et vt
ita dixerim) nihil charitate perennius i-
ueniri. Sive enim prophetie euacuabun-
tur: sive lingue cessabunt: sive scientia de-
struetur charitas autem nunquam excidet. si-
ne qua non solum illa pcellentissima ca-
rismatum genera sed etiam martirij ipsi
gloria vacuatur.

De timore qui charitatis ma- gnitudine generatur. La. xij.

Quis igitur in huius fuerit
charitatis perfectione fundat
necesse est vt ad illum sublimio-
rem charitatis timore gradu excellentio-
re conscendat. quem non penarum ter-
ror: nec cupido pmiorum sed amoris ge-
nerat magnitudo. quo vel filius indul-
gentissimum patrem vel fratrem frater. vel
amicum amicus. vel coniugem coniunx
solicite reueretur affectu. dum eius non ver-
bera neq conuicia. sed vel tenuem amo-
ris formidat offensam. atq in omnibus
non solum actibus verum etiam verbis
attonita semp pietate distenditur. ne er-
ga se quantulumcuq seruo dilectionis
illius intepescat. Cuius timor magnifi-
centiam ysaias vnus prophetaru eleganter
expressit. Dinitie inquit salutem sapientia
et scientia timor dñi ipse thesaurus eius.
Non potuit timoris istius dignitate ac
meritum magis euidenter expmre. qm vt di-
nitias salutis nostre que in vera sapien-

tia dei scientia q consistunt. diceret nisi a
timore dñi non posse seruari. Ad huc igitur
metum non peccatores sed sancti prophetia
inuitant eloquijs dicente psalmi qmbo.
Time de dñm oes sancti eius. qz nihil de-
est timentibus eum. Qui enim hoc timore do-
minum metuit. perfectioni eius certum est ni-
hil deesse. Nam de illo timore penali cui
denter iohannes aplos dicit. Qui timet
non est perfectus in charitate. qz timor pe-
nam habet. Multa ergo distantia est in-
ter istum timorem cui nihil deest. qui sapi-
entie scientieq thesaurus est. et illam imp-
fectum qui principium sapientie nuncupat. quiqz
penam in se continens. de pfectorum cor-
dibus supueniente plenitudine chari-
tatis extrudit. Timor enim non est in cha-
ritate. sed perfecta charitas foras mittit ti-
morem. Et reuera si principium sapientie
in timore consistit. q erit eius nisi in chri-
sti charitate perfectio. que illuz in se p-
fecte dilectionis continens metu. non iam
principium sed thesaurus sapientie et sci-
entie nuncupatur. Et idcirco duplex timor
mois est gradus. vnus incipientium id
est eorum qui adhuc sub iugo et terrore
seruili sunt. de quo dicitur. Et seruus do-
minum suum timebit. Et in euangelio. Ya
non dico vos seruos. quia seruus nescit
quid faciat dominus eius. Et ideo ser-
uus inquit non manet in domo in eter-
num. filius manet in eternum. Imbuunt enim
nos vt ab illo penali metu ad charita-
tis plenissimam libertatem et amicorum fi-
liorumq dei fiduciam transeam. Deniqz
beatus apostolus qui seruilem illum timo-
ris gradum olim charitatis dominice vo-
lute transcendit. inferiora despiciens.
maioribus se ditatum tonis a dño sic pfitetur.
Non enim inquit dedit nobis deus spi-
ritum timoris. sed virtutis et dilectionis
et sobrietatis. Eos etiam qui perfecta celestis
illius pñs dilectione flagrabant. quosqz
ex suis filios adoptio diuina iam fecerat
hoc adhortat eloquio. Non enim accepistis
spum seruitutis iterum in timore. sed accipi-
stis spum adoptionis filiorum in quo cla-

Collatio XII abbatis Cheremonis

811
mamus abba pater. De hoc etiam meta
cum illam septiformem spūsancti grām
propheta describeret quem in homine il
lo dominico fm incarnationis dispen
sationem descendisse non dubiū est dix
issetqz. Et requiescet sup eum spūs domi
ni spūs sapientiē et intellectus spūs cō
siliū et fortitudinis spūs sciētiē et pietatē
nouissime velut quiddam p̄cipuum in
tulit dicens. Et replebit eum spūs timo
ris domini. In quo primitus illud dili
gentius est intuendum. q̄ non dixerit et
requiescet sup euz spūs timoris domini.
sicut de illis priozibus dixerat sed reple
bit inquit eum spūs timoris dñi. Cāta
enim vbertatis eius est magnitudo. vt
quez semel sua virtute possederit nō par
tem sed totam eius occupet mentē. Nec
immerito. Illi etenim quez nunq̄ excidet
coherens charitati non solum replet. s̄
etiam p̄petua et inseparabili eum quem ce
perit possidet iugitate nullis leticiē tem
poralis vel voluptatum oblectationibz
immutatus. Qd nonnunq̄ illi qui fo
ras mittat timori euenire cōsuevit. Hic
estigitur p̄fectōnis timor. quo homo ille
dñicus. qui non solum redimere huma
num genus sed etiam p̄bere venerat p̄
fectionis formaz atqz exempla virtutū
repletus fuisse narratur. Illum enī ser
uilem su p̄piciozū timorem. verus dei fi
lius qui peccatum non fecit nec dol⁹ in
uentus est in ore eius. habere nō potuit.

Interrogatio de cōsummatio ne castitatis. Cap. xiiij.

Germanus. Quia de p̄fectio
ne charitatis sermo digess⁹ est.
volumus etiam de castitatis fi
ne aliqua literius sciscitari. Non eī am
bigimus illud p̄cellsum fastigium cha
ritatis. p̄ quam sicut huc vsqz disertus
est. ad imaginem dei similitudinēqz cō
scenditur. sine castitatis p̄fectione sub
sistere omnino non posse. sed vtrū ita ei⁹
possit p̄pernitās obtineri. vt nunq̄ li
bidinis titillatio integritatem nostri cor
dis īfester. et ita valeamus ab hac passio

ne carnali regentes in corpore regenera
ri. vt nunq̄ incentiuozū elibus adura
mur. volumus edoceri.

Dilatio expositōis postulate Capitulū. xv.

Cheremon. Summe quidē
beatitudinis ac singularis est
meritū ita istum p̄ quez dño co
heremus affectū. vel discere iugiter vel
docere. vt meditatio eius fm psalmigra
phi sententiā omēs vite nostre dies no
ctesqz consumat. et mentem nostrā in sa
tiabiliter elurentem sitientēqz iusticiāz
celestis huius cibi p̄petua ruminatione
sustinet. Sed consulendū est etiam iu
mento corporis nostri scdm benignissi
mam saluatoris nostri. p̄uidentiā. ne de
ficiat in via. Spūs enī p̄mp̄. caro autē
infirma. quez etiam nūc vel exigui cibi p̄
ceptione curanda est. vt post refectionē
eius etiam ad ea quez desideratis dilige
tius indagāda. mentis quoqz addatur
intentio. **Explicit collatio prima
abbatis cheremonis de p̄fe
ctione. Incipiunt capitula
collationis secunde eiusdez ab
batis de castitate. Cap. primū.**

Erba abbatis cheremonis de castitate

- i De corpore p̄cā et mēbr̄ eius
- ii De mortificatione fornicatiōis et
immundicie
- iii De ad obtinēdam castimonie pu
ritatē nō sufficiat bumāi labo
ris intentio
- iv De utilitate impugnatōis quez
nobis de incentiuozū elibus
generatur
- v De patientia ardorem fornicatio
nis extinguat.
- vi De differētis et q̄dibz castitatis
- vii De de natura castitatis et effectū
eius in exp̄ tractare nō possint
- viii Interrogatio an corpori motus
etiā dormiētes possim⁹ euadere.
- ix Responso q̄p somnū accidens
carnis cōmotio non officiat ca

De castitate

- litati
xi De multum inter sit inter continentiam et castitatem
xii De mirabilibus que peculiariter in sanctis suis dominus operatur
xiii De soli qui experiunt agnoscant dulcedinem castitatis
xiv Interrogatio de continentie qualitate et temporis modo in quo castitas perfici possit
xv Responsio intra quod tempus possibilitas castitatis possit agnosci
xvi De fine ac remedio castitatis.

Explicunt capitula Incipit collatio secunda abbatis chere monis de castitate. Cap. primū

Efectione

Rransacta que doctrine cibū desiderantibus nobis onerosa magis vis est quam iocunda cum illico nos permisi sermonis debitu senex expectare sensisset grata est inquit mihi non solum attonita ad discendum visus mentis intentio sed etiam disciplina proposita questionis. Rationabilis enim reuera interrogatio a vobis ordo seruatus est. Necesse est enim ut tam excelsa plenitudinem charitatis immensa illa profectus atque perpetue castimonie premia consequantur pariter sit gaudium in tanta paritate palmarum. Tanta enim sibi societate federant ut vna ab altera nequeat possideri. Hoc igitur propositio vestra completa est ut vix ignis ille concupiscentie cuius huius caro velut insitum sentit ardore ad plenum possit extingui. Disputatione simili panderem. De quo primum quod beatus apostolus senserit diligenter inquiremus. Mortificate inquit membra vestra que sunt super terram. Primum ergo que cetera perscrutemur que ista sint membra que mortificari precepit indagemus. Neque enim beatus apostolus ad abscissionem manuum aut pedum aut genitalium immitti nos preceptione committit sed corpus peccati quod utique consistat ex membris que totius destrui celo profectus de

siderat sanctitatis de quo corpore alibi ut destruat inquit corpus peccati Et que sit eius destructio consequenter exponit ut iam inquit non seruiamus peccato. A quo etiam se liberari cum ciuili postulabat dicens. Infelix ego homo que me liberabit de corpore mortis huius. De corpore peccati et membris eius. Cap. ij.

Mortificate inquit membra vestra que sunt super terram fornicationem immundiciam libidinem concupiscentiam auariciam que est simulacrum fuitus. Primo itaque loco fornicationem credidit inferendam que carnali coniunctio proficitur. Secundum etiam membrum immundiciam nuncupauit que nonnumquam absque villo mulier tactu vel dormientibus vel vigilantibus per incuriam in circumspecte mentis obrepit et ideo notat ac prohibet in lege que immundus quosque non solum sacrarum carniu participatione peruenit verueta ne contactu suo sancta pollueret a castrorum iussit congregatione secerni dicens. Anima que cumque comederit de carnibus sacrificij sacratur (quod est dominus) in qua est immundicia prohibet coram domino et quecquid tetigerit immundus immundus erit. In deuteronomio que Si fuerit in te vos homo que nocturno pollutus est somnio egredietur extra castra et non reuertetur priusquam ad vespere lauet aqua et post solis occasum regredietur in castra. Deinde tertium peccati membrum libidinem ponit que in recessibus coalescens anime accidere quippiam etiam sine corporis passione potest. Libidine enim ab eo quod libeat dictam esse non dubium

27A

ad 27A

Indica

27

libido

Collatio XII abbatis Cheremonis

est. Post hoc de maioribus peccatis ad
minora descendens quartum intulit mem-
brum. concupiscentiam malam. que non so-
lum ad predictam impudicicie passionem
verum etiam ad omnes noxias cupiditates
generaliter referri potest. que corrupte ta-
tummodo voluptatis est egritudo. **De qua**
dominus in euangelio. Qui viderit mulierem
ad concupiscendum eam iam mechatur est
eam in corde suo. Multo enim maius est
etiam tunc mentis lubricum desiderium con-
tinere cum ei illecebrosi aspectus offerat
occasio. Quibus manifestissime conpro-
batur ad perfectionem puritatis castimo-
niam continentie corporalis solam non
posse sufficere nisi ei etiam mentis adda-
tur integritas. Post que omnia nouis-
simum illius corporis membrum. et auari-
ciam inquit. perculdubio ostendens non
solum ab appetitu rerum alienarum animam
continendum. verum etiam propria magna-
nimitate contemnendam. Hoc enim et in acti-
bus apostolorum fecisse legitur creden-
tium multitudo. de qua dicitur. Multitudinis
autem credentium erat cor unum et anima una.
nec quisquam eorum que possidebant aliquid
suum esse dicebat. sed erant illis omnia com-
munia. Quotique enim possessores agro-
rum aut domorum erant. vendentes affe-
rebant precia eorum que vendebant. et po-
nebant ante pedes apostolorum. **Diuide-**
batur autem singulis. prout cuiusque opus erat.
Et ne ad paucos pertinere videretur ista
perfectio. auariciam simulachrorum serui-
tutem esse testatur est. Nec immerito. Quis
quis enim non communicat necessitatibus
egenorum. et pecunie sue quam infideli te-
nacitate conseruat. christi precepta post-
ponit. ydolatrie crimen incurrit. amorem
scilicet materie mundialis diuine preferens
charitati.

De mortificatione fornicationis et immundicie. Cap. iij.

Sergo multos ita pro christo su-
as videmus abieciisse substan-
tias. ut non solum possessiones
pecuniarum. verum etiam desiderium de cor-

dibus eorum imperpetuum prolemus
absisum. consequens est ut eodem mo-
do etiam fornicationis ardorem extingui
posse credamus. Neque enim rem impossibilem
apostolus cum possibili coniunxisset. sed vtra-
que scire esse possibile. pari modo morti-
ficanda decreuit. Et intantum beatus apostolus
fornicationem sine immundiciam de no-
stris membris extirpari posse confidit. ut non
solum mortificari ea. sed ne nominari
quidem in nobis debere pronunciet. For-
nicatio inquit. et omnis immundicia
aut auaricia nec nominet in vobis. aut
turpitudine. aut stultiloquio. aut scurili-
tate. que ad rem non pertinet. Que etiam
pari modo perniciosa esse. et equali nos a
regno dei exclusionem repellere. edocet di-
cens. Illud autem scitote. quoniam omnis for-
nicator. aut immundus. aut auarus quod
est ydolorum seruus. non habet heredita-
tem in regno christi et dei. Et iterum. Noli-
te errare. neque fornicarij. neque ydolis ser-
uientes. neque adulteri. neque molles. neque
masculorum concubitores. neque fures.
neque auari. neque ebriosi. neque maledici.
neque rapaces regnum dei possidebunt.
Dubium proinde esse non debet. fornicationis
et immundicie de membris nostris
aboleri posse contagium. quoniam quidem non
aliter ea quam auariciam stultiloquium scur-
rilitate ebrietate. ac furta quorum facilis
amputatio est. mandauerit abscidenda.

Ad obtinendam castimonie puritatem non sufficit humani laboris intentio. Cap. iij.

Quoniam licet omnem continentie di-
strictionem. famem scilicet ac sitim
vigilias quoque et operis iugitatem atque in-
cessabile subeamus studium lectionis.
perpetuam tamen castimonie puritatem
horum laborum merito contingere neque-
amus. nisi in his iugiter desudantes ex-
perientie magisterio doceamur. incorru-
ptionem eius diuine gratie largitate con-
cedi. Ob hoc sane solummodo se vnusquisque
infatigabiliter in his exercitijs peritura

De castitate

re delere cognoscat. ut illorum afflictio-
nem misericordiaz domini consecutus.
de impugnatione carnis ac dominatōe
prepotentiū viciorū diuino mereat mu-
nere liberari. non quo adepturū se per il-
la confidat istam quam cupit inuiolatā
corporis castitatē. Tanto autē erga ac-
quisitionem castimonie desiderio atqz
amore inflammemur. quāto quis pecu-
niarum cupidissimus appetitor. vel qui
summa honorū ambitōe distendit. vlt q
intolerabili pulchre mulieris amore ra-
ptatur. desideriuū suum impatiētissimo
ardore optat expleri. z ita fiet vt dū pro
integritatis perpetuitate insatiabili cu-
piditate succēdimur. desiderabilē despi-
ciatur cibus. necessarius horreat potus.
somnia deniqz ipse nature debet respua-
tur. vel certe vt deceptor fraudulentissi-
mus puritatis z emulus atqz cōtrarius
castitati. attonita atqz suspecta mēte ca-
piatur. z ita vnusquisqz quotidie inte-
gritatis sue matutinus explorator effe-
ctus. de collata sibi purificatione p̄gau-
deat. eamqz se non suo studio nec vigilā-
tia sed protectione dñi sentiat consecu-
tum. ac tam diu illius p̄seuerantiam suo
corpori intelligat cohesuraz. q̄s diu eam
dominus sua fuerit miseratione largi-
tus. Qui enim hanc stabiliter obtinet
fidem. nequaquā superbū sapiens de
sua virtute confidet. neqz seductus lon-
gis obsceni liquoris indutijs blandissi-
ma securitate soluet. sciēs impurissime
collusionis aspergine se p̄tinus macu-
landum. si vel paululum quid ab eo p̄-
tectio diuina discesserit. ac p̄inde p̄ per-
petuitate eius cum omni contritione et
humilitate cordis. indefessis est oratio-
nibus excubandum.

**De utilitate impugnationis q̄
nobis de incētiuorum estibus
generatur. Cap. v.**

Vltis autē capere per huius rei
quam dicimus veritatem cui
dens argumentū. per quod z h
quę dicta sunt a prophetis. et istam cor-

poris pugnam que inimica vobis puta-
tur ac noxia vtiliter membris nostris in-
sertam esse doceamini. Considerate que-
so illos qui corpore sunt spadones. que
precipue causa in virtutibus appetēdis
desides reddat ac tepidos. Nonne q̄a
corrumpe de castitatis credunt se peri-
culum nō habere. Quod tamen nemo
ita p̄posuisse me credat. vt neminē eorū
penitas inueniri posse confirmem. perfe-
cta abrenūciatione flagrantē. sed quia
naturam quodāmodo suam vincant. si
qui forte eorū ad p̄positam perfectionis
palmam summa animi districtione con-
tendunt. cuius ardor ac desiderium eū
quem semel accenderit. famem. sitim. vi-
gilias. nuditatem. cunctosqz labores cor-
poris. non solum patient. verum etiaz li-
benter sustinere cōpellit. Vir enim in do-
lōibus laborat sibi. z vim facit p̄ditōni
sue. Et iterum. Anime autē egenti etiam
amara dulcia videtur. Alias nanqz nō
poterunt desideria p̄sentium rerū vel re-
primi vel auelli. nisi pro istis affectibus
noxijs quos cupimus amputari. alij sa-
lutares fuerint intromissi. Pallatenus
enim valet viuacitas mentis. absqz ali-
cuius desiderij vel timor. gaudij vel me-
roris affectione subsistere. nisi hęc eadez
in bonam partem fuerint immutata. Et
idecirco si carnales concupiscentias de-
cordibus nostris desideramus extrude-
re. spirituales in earum locis plantemus
p̄tinus voluntates. vt his animus noster
semp̄ innexus z habeat quibus iugiter
immoret. z illecebras p̄sentium ac tem-
poralium respuat gaudiorū. Cūqz in
hunc statum mens nostra quotidianis
exercitijs eradita p̄fecerit. tunc versiculi
illius affectum experientia docente conci-
piet. quē oēs quidem solita p̄sallēdi mo-
dulatione concinimus. virtutem x̄o ei
non nisi pauci expertiqz p̄cipiunt. Pro-
uidebam dñm in cōspectu meo sp̄. qm̄ a
dextris est mihi ne cōmouear. Ille tenē
solus vim atqz intellectum huius carminis
efficaciter assequit. qui p̄ueniēs ad istaz

8
p̄ 14

Collatio XII abbatis Cheremonis

de qua loquimur corporis atque anime puritatem intelligit se cunctis momentis ne rursus ab eadem deuoluatur a domino conseruari. dexterasque suas id est operationes sanctas ab eodem iugiter communi. Dominus enim sanctis suis non a sinistris (quia nihil habet sinistrum vir sanctus) sed a dextris semper assistit. a peccatoribus vero et impijs non videtur. quia non habent illas dexteras quibus dominus conseruit assistere. nec possunt dicere cum propheta. Oculi mei semper ad dominum. quoniam ipse euellat de laqueo pedes meos. Quod nullus poterit veridice profiteri. nisi qui vniuersa que in hoc mundo sunt aut noxia aut superflua aut certe inferiora summis virtutibus indicans. omnem intuitum suum. omne studium. omnem curam erga cultum sui cordis et castimonie defixerit puritatem. atque ita mens istis exercitijs elimata. et profectibus expoliata. ad perfectam corporis atque anime perueniet sanctitatem.

De patientia ardozem fornicationis extinguat.

Cap. vi.

Qantum enim quis in lenitate ac patientia cordis. tantum in corporis puritate proficiet. quantoque longius iracundie. pulsauerit passionem tanto castitatem tenacius obtinebit. Non enim estus corporis declinabit nisi qui animi motus ante compresserit. Quod apertissime saluatoris nostri ore laudata beatitudo declarat. Beati mentes. quoniam ipsi possidebunt terram. Non ergo aliter nostram possidebimus terram id est non alias ditioni nostre rebellibus eius corporis terra subdetur. nisi mens nostra prius fuerit patientie lenitate fundata. nec poterit quis aduersus carnem suam insurgentia libidinis bella comprimere. nisi prius armis mansuetudinis instruat. Mansueti enim possidebunt terram. et inhabitabunt in seculum seculi super eam. Hanc inquam terram quemadmodum obtinere possimus. idem propheta

in consequentibus psalmi ipsius edocet. Expecta dominum et custodi viam eius. et exaltabit te. ut hereditate capias terram. Constat ergo ad possessionem terre istius firmiter obtinendam neminem posse condescendere. nisi illos tantum quod per immobiles patientie lenitatem vias domini duras ac precepta seruantes. de ceno carnalium passionum extrahente eodem fuerint exaltati. Mansueti ergo possidebunt terram. et non solum possidebunt eam. sed etiam delectabuntur in multitudine pacis. quia nemo in cuius carne adhuc bella concupiscentie suscitantur stabilitate proficitur. Necessesse est enim infestari cum dirissimis demonum prelijs. et ignitis luxurie iaculis sauciatur. a terre sue possessione deuolui. donec dominus auferat bella usque ad fines terre eius. arcum conterat et confringat arma. et scuta comburat igni. illo scilicet quem venit dominus mittere super terram. arcus etiam et arma conterat. quibus aduersus eum nequitie spirituales diebus ac noctibus dimicantes. ignitis configebant cor eius iaculis passionum. Et ita cum cum dominus conterens bella ab omnibus incentiuorum estibus liberarit. ad illum puritatem perueniet statum. ut deposita confusione qua semetipsum id est carnem suam dum impugnetur horreat. incipiat ea velut purissimo tabernaculo delectari. Non enim accedent ad eum mala. et flagellum non appropinquabit tabernaculo eius. ad illud scilicet prophetice patientie virtute perueniens. ut mansuetudinis merito non modo suam hereditet terram. verum etiam delectetur in multitudine pacis. Ubi autem adhuc superest sollicitudo certaminis. pacis esse non potest multitudo. Non enim ait delectabuntur in pace sed in multitudine pacis. Per quod euidenter ostenditur. ita efficacissimam medicinam cordis esse patientiam. secundum illud salomonis. Mansuetus vir cordis est medicus. vtriusque solum ire. tristitie. accidie. cenodoxie. superbie. etiam libidinis omnique parte extirpet

De castitate

fomitum viciōrū. In longanimitate enī
(vt ait salomon) prosperitas regibus.
Nam qui mitis semp atq; tranquillus
est. nec iracundie p̄turbatione succendit
nec accidiē atq; tristitiē angore consu-
mitur. nec cenodoxie vanitate distendit
nec superbie tu more sustollit. Pax enī
multa diligentibus nomen dñi. et non
est illis scandalum. Et ideo non immeri-
to pronunciat melior patiens forte. et q̄
continet iram capiēte urbem. Hanc igitur
pacem donec firmam atq; perpetuā
obtinerē mereamur. nisi necesse est nos
impugnationibus attemptari. Frequē-
terq; nobis est v̄siculus iste cum gēmi-
tu lachrymisq; repetēd̄. Miser fact̄ sum
et afflic̄ sum vsq; q̄q; tota die tristat̄
ingrediebar. quoniā lūbi mei impleti sūt
illusionibus. et non est sanitas in carne
mea. a facie ire tuę nō est pax ossib; meis
a facie insipientie mee. Tunc enim com-
petēter hęc in veritate deflebitur. q̄n
post longam puritatem corporis nostri
sperātes iam carnalia nos omnimodis
euasisse cōtagia. stimulos carnis ob elā-
tionem cordis adūsum nos rursū sen-
timus insurgere. vel certe ad fallaciam
somniazū impuritas nos pristine collu-
uionis aspergit. Cum ergo ceperit quis
diuturna cordis et corporis puritate gau-
dere. necesse est vt dum se credit vltērius
iam nō posse ab illa sinceritate deuolui.
intra semetip̄m quodāmodo gloriē et
dicat. Ego dixi in abundantia mea. nō
mouebor in eternum. Sed cum vtiliter
a dom̄io subrelictus illum puritatis sta-
tum in quo sibimet confidebat senserit
p̄turbari. seseq; i illo spiritali viderit ti-
tubare successu. recurrat protin̄ ad illi
integritatis auctorem. et agnoscēs infir-
mitatem suam. confiteatur et dicat. Do-
mine non in mea sed in tua voluntate p̄-
stitisti decori meo virtutem. Auertisti fa-
ciem tuam a me et factus sum conturba-
tus. Illud quoq; beati iob. Si lot̄ fue-
ro quasi aquis niuis. et fasserint velut
mundissime manus mee tamen sordib;

intinges me. et abominabūtur me vesti-
menta mea. Quod tamen is qui suo vi-
cio se in sordibus tingit. non potest dice-
re suo creatori. Donec ergo ad p̄fectum
puritatis statum pueniat. necesse est euz
inequalitatibus istis frequentius erudi-
ri. quo ad usq; per dei gratiam confirma-
tus in illa quam appetit puritate effica-
citer dicere mereat. Expectans expecta-
ui dominū. et respexit me. et exaudivit pre-
cem meam. et eduxit me de lacu miserie et
de luto fecit. et statuit supra petram pe-
des meos. et direxit gressus meos.

De differentijs et gradibus ca- stittatis. Cap. vii.

Alti sunt enim castimonie gra-
dus. quibus ad illā inuolabi-
lem cōscendit puritates. quos
licet nec perspicere nec enunciare vt di-
gnum est virtus nostra sufficiat. tamen
quia series narrationis exposcit. hinc me-
diocritatem exp̄ientie nostre. vtcūq; pro-
ferre temptabim̄. referuantes p̄fectiora
perfectis. nec p̄iudicantes his qui ser-
uentiore studio puriorem castimoniam
possidēt. quāto maioris industrie sūt
tanto etiam p̄spicacie vigore p̄cellunt.
Proinde sex gradibus licet multa a se in-
uicem sublimitate distantibus. fastigia
castittatis p̄cella distinguam. ita vt me-
dia quedam que tamen multa sunt pre-
termittam. quorū subtilitas ita huma-
nos subterfugit sensus. vt eā nec mens
inspicere neq; p̄loqui lingua p̄ualeat. q̄-
bus sensim castittatis ipius p̄fectio quo-
tidianis p̄fectibus adolefcit. Sed m̄
similitudinem nanq; corporū terrenorū
que singulis diebus insensibiliter sui ca-
piunt incrementa. et ita dum nesciūt ad
p̄fectum habitū. p̄uehuntur. anime q̄s
robur ac maturitas castittatis acquirūt.
Primus itaq; pudicicie gradus est. ne
vigilans impugnatione carnali mona-
chus elidatur. Secundus. ne mens illi
voluptarijs cogitationib; immoretur.
Tertius. ne femineo nec tenuit̄ ad cōcu-
piscenciā moueatur aspectu. Quartus

Collatio XII abbatis Cheremonis

ne vigilans vel simplicem carnis perforat motum. Quintus ne cum memoriam generationis humane vel tractatus ratio vel necessitas lectionis ingerit. subtilissimus mentem voluptarie actionis perstringat assensus sed velut opus quoddam simplex ac ministerium humano generi necessario contributum. tranquillo ac puro cordis contempletur intuitu. nihilque amplius de eius recordatione concipiat. quam si operatione lateat vel cuiuslibet alterius officine mente pertractet. Sextus castimonie gradus est. ne illecebrosis fantasmatibus feminarum vel dormiens illudatur. Licet enim hanc ludificationem peccato esse obnoxiam non credamus. concupiscentie tamen adhuc medullitas latentis indicium est. Quam tamen illusiones diversis modis constat accidere. Nam secundum illum usum quem vigilans exercere vel cogitare consueverat. etiam dormiens unusquisque temptatur. Aliter enim falluntur hi qui carnalem copulam norunt. aliter qui feminee sunt commixtionis expertes. Hi enim simplicioribus ac purioribus somniis inquietari solent. ita etiam faciliore diligentia ac minore possunt latere purgari. Illi autem sordidioribus magisque expressis fantasmatibus illudunt. donec paulatim secundum mensuram castitatis. ad quam unusquisque contendit. in odium illius rei quam voluptariam ante sentiebat. mens etiam somno sopita vertatur. illudque ei quod fortibus viris. per summum laborum stipendio re-promittit per prophetam concedat a domino. et arcum et gladium et bellum conteram de terra vestra. et dormire vos faciam fiducialiter. et ita demum quis ad illam beati sereni paucorumque similium virorum perveniet puritatem. Quam idcirco a predictis sex castimonie gradibus sequestravi. quia non solum possideri sed etiam credi non nisi a rarissimis potest. Et quia id quod illi specialiter divini muneris largitate collatum est. proponi ad generalis precepti non potest formam. sed ut eo usque mens nostra castitatem

ipsius puritate formetur. ut etiam ipso naturali motu carnis emortuo. illum obscenum liquorem omnino non proferat. Opinionem sane quorundam quam super hac carnis collatione definiunt. silere non deteco. qui dicunt non idcirco eam dormientibus evenire. eo quod eam producat fallacia somniorum. sed potius quia redundantia humoris illius aliquas in egrotanti corde fingat illecebras. Denique autem quod illo tempore quo non inquietat illa concupiscentia. quemadmodum fluxus eius ita etiam illusio conquiescat.

De natura castitatis et effectu eius in experti tractare non possunt. Cap. viij

Ed hec suscipere et probare utrumque possibile an impossibile sint certo examine definire poterit nemo. nisi per experientiam longam et puritatem cordis ad confinia carnis ac spiritus verbo domini dirigente pervenerit. De quo beatus apostolus. Cuius est inquit sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. et percutiens usque ad divisionem animae ac spiritus. compagumque ac medullarum. et discretorum cogitationumque et intentionum cordis. Et ita inter illorum quodammodo terminos collocatus. quid humane conditioni necessarium sit atque inevitabiliter attributum. quidne consuetudine viciosa et incuria iuventutis innectitur. velut inspector et arbiter iusta continuatione discernet. ac super eorum effectum atque naturam non falsis vulgi opinionibus abducat. nec preiudicatis inceptorum definitionibus acquiescat. sed puritatis modum certa experientie sue libra et iusta examinatione perpendens. nequaquam illorum decipietur errore. qui negligentie sue vitio crebrioribus quam natura compellit egestionibus sordidati. de naturali conditione causantur. Cumque eos constet inferre potest vim naturae. et extorquere ab ea pollutionem quam ipsa non ingerit. intemperantiam suam ad necessitatem carnis immo ad eius referunt crea-

Thyris...

... p. 1172.

De castitate

tozem. proprias culpas ad naturę ifamiã transferentes. De quibz in puerbijs eleganter exprimitur. In sapientia viri corrumpit vias suas. denz aut causatur in corde suo. Postremo si quis huic assertioni nostre fidem derogare voluerit. q̄ so vt non ante p̄iudicata nobiscuz opinione disceptet. q̄ disciplinę huic suscipiat instituta. Cūqz hęc per paucis mē sibus illa qua traditur moderatiōe seruauerit. p̄fecto hęc que diximus verop̄terit probare iudicio. Ceterum frustra de cuiuslibet artis ac discipline sine contendit. quisqz non prius omnia que ad consummationem eius pertinent. summo fuerit studio ac virtute sectatus. velut si verbi gratia similitudinem mellis ex tritico. aut rursuz ex eo sicut etiã ex raffani liniqz semibus lenissimi olei liquorem. p̄duci posse p̄firmem. Si quis hoc penit? ignarus assilat. nonne cōtra rez naturã hoc eē cōclamās. me velut ap̄t̄ simiauctorem mendacię deridebit. Cui si ego testes innumeros qui hęc se z vidisse z gustasse z fecisse testentur exhibeam. rationem in sup̄ atqz ordinem q̄ ille species. vel in olei pinguedinem. vel in mellis dulcedinem transformet edisserat. ille autē in stultissime persuasione obstinatione persistens. neget ab illis seminibz q̄c q̄z vel dulcedinis vel vnguedis posse p̄duci. Nonne magis notanda est irratio nabilis eius puicatz contentio. q̄ sermōnis mei veritas irridenda. q̄ multoz ac fidelium testium grauitate. z euidēbus documentis. z qd̄ his amplius est experientie p̄batione fulcitur. Et ideo quisquis ad illuz puritatis statū iugi cordis intentione puenierit. vt iam mēte ab huic passionis titillatione penitus absoluta. per soporem caro eius velut redundantiam superflui humoris expellat. conditionez modumqz naturę certissime deprehendit. z ita cuz exp̄gefact? inuenerit carnē suã post longa tempora se in scio atqz ignorantie pollutam. tū demū de naturali necessitate causet. ad illū sine dubio perueniēs

statum. vt talis inueniat in nocte qualis in die. talis in lecto qualis in oratiōe. talis solus qualis turbis hoim circūseptus. Postremo vt nunqz se talē secret? aspiciat. qualis videri ab hoibus erutescat. nec in eo tale aliqd̄ ieuitabilis ille ocul? deprehendat. qd̄ ab hūanis aspectibz velut esse celatum. z ita cum ceperit suauissimi lumie castitatis iugiter delectari. dicere poterit cū p̄pheta. Et nox illuminatio mea in delitijs meis. qz tenebre nō obscurabuntur a te. z nox sicut dies illuminabitur. sicut tenebre eius ita z lumen ei? Deniqz hoc ip̄m. qz supra conditionem naturę videtur hūmāe. qualit? obtinuerit idem. p̄pheta subiungit dicēs. Quia tu possidisti renes meos. id est non industria mea neqz virtute hanc p̄merui puritatem. sed qz tu mortificasti insituz renibus meis libidinose voluntatē ardorē

Interrogatio an corporis motum etia dormientes possimus euadere **Cap. ix.**

Germanus. Perpetuam quidem corporis puritatem ex parte aliqua experti sumus. a vigilantibus posse per dei gratiaz possideri. z cōmotionem carnis distractionis rigore atqz iudicio resistente. vigilantibus posse non cōtingere non negamus. Atroz autē z dormientes hac inquietudine carere possimus. volumus edoceri. Duabz nanqz de causis possibile hoc esse nō credimus. q̄s licet absqz verecundia neq̄a m? effari. tñ qm̄ h̄ medicine ip̄is necessitas cogit. quesumus vt cum venia tui si q̄ forte inuerecūdinis fuerint tēnadata suscipias. Primum ergo est qd̄ p̄ somni quietem mentis vigore laxato. obseruari nequa q̄ illius valeat cōmotionis obreptio. Secundo q̄ etiam vrine collectio cum vesice capacitatem quiescentibus nobis indefinēti confluxu. interni humoris oppleuerit. excitet mēbra marcescentia. quod etiam paruulis vel spatombz eadem nihilominus lege p̄tingit. Unde fit vt si non oblectatio libidi

3
74 178

volgare p̄m̄t̄

Collatio XII abbatis Cheremonis

nis vulnerat mentis assensum. confusio
ne tamen eam humiliet turpitudine mem
brorum.

Responsio q̄per somnum acci
dens carnis commotio non of
ficiat castitati. **Cap. xi.**

Cheremō. Apparet vos nec
dum vere castitatis agnovisse
virtutem. q̄nquidem districtio
nis auxilio eam a vigilantibus tm̄ cre
ditis retentari. Et inde est q̄ putat̄ a tor
mentibus quasi rigore animi resoluta. i
tegritatem non posse seruari. Porro ca
stitas nō vt arbitramini districtiois p̄
sidio. sed amore sui & pp̄ie puritat̄ tele
ctatione subsistit. Non enī castitas sed
p̄tinētia dicit̄. vbi adhuc ei aliq̄ resistit
aduersitas voluptatis. Videt̄ ergo his
qui castitatis affectū p̄ dei gratiam me
dullitus receperūt. districtiois cessatio
nem cū dominant nō obesse. q̄ ista etiā
vigilantibus ratione certissima cōpro
batur. Quicquid enim cū labore cōpmi
tur. temporales dimicanti p̄stat induti
as non tamē p̄petuam securitatis quietē
tem tribuit post laborem. Quicquid autē
p̄fanda fuerit virtute deuictū. absq̄ vl
la inquietudinis suspitione compositū.
iugem pacis victori conferet firmitatez.
Vobrem donec pulsari nos carnis cō
mōtione sentimus. nouerim⁹ nos ad ca
stitatis necdum puenisse fastigia. sed ad
huc sub infirmitate continentie cōstitu
tos p̄telis fatigari. in quibus necesse est
dubios semp̄ esse euētus. Q̄d autē inveni
tabilem esse cōmōtionem carnis h̄ astru
ere voluistis indicio. q̄ ea ne ip̄i quidem
eunuchi carere temptis genitalib⁹ p̄nt.
Sciendum est non eis carnales estus nec
affectum libidinis. sed solā satine gene
rationis desse virtutem. Unde manife
stum est ne illos q̄dem si ad hāc ad quā
nos nitimur castitatem cupiunt puenire
re. ab humilitate et cōt̄itione cordis vl
continentie districtione debere laxari. li
cet nequa q̄ sit discredendum. minore ab
eis castimoniaz posse labore ac studio cō

prehendi.

Multum interfit inter casti
tatem et continentiam. **Cap. xi.**

Quobrem p̄fectio castitat̄. a la
tioris continentie rudimentū
p̄petua tranquillitate discerni
tur. Hec est enī vere consummatio casti
tatis. quē non impugnans carnal̄ cōcu
piscentiē mor⁹ sed toto horrore detestās
ingem atq̄ inuolabile sui retinet puri
tatem. nec potest aliud quid esse q̄s facti
tas. Hoc autem fiet q̄ iam desinens ca
ro aduersus sp̄m concupiscere. deside
rijs eius virtutiq̄ cōsenserit. ceperintq̄
sibi inuicem. pace firmissima federari. et
fm psalmigraphi sententiā habitauerint
fratres in vnum. illam repromissam
a dño beatitudinem possidentes. de qua
ait. Si duo et vobis consenserint super
terram. de omī re quācunq̄ petierit fiet
ill̄ a patre meo qui in cēl̄ est. Quisq̄s er
go intellectualis illius iacob. id est sup
plātatoris transcenderit gradum. ab il
la continentie colluctatione ac su p̄plan
tatione viciozū. obstu p̄fecto femorj ner
uo. ad israhelis meritum p̄petua cordis
directiōe cōscēder. Quē ordinem etiam
beatus david ita sp̄s sancti vaticinatio
ne distinxit. in p̄mis inquit. Notus
in iudea deus. id est in aīma quē adhuc
sub peccatorū confessione retinetur. in
deā enim confessio interpretat̄. in israel
autē id est in eo qui videt deum. siue vt
quidam interpretatur. rectissimus dei est.
non solum notus sed etiam magnus est
nomē eius. Deinde ad sublimiora nos
puocans ac volens etiam locum ipsuz
quo dñs delectatur ostendere. Et fact⁹
est inquit in pace loc⁹ ei⁹. id est nō in con
flictu certaminis & colluctatiōe vicioz.
sed in castimonie pace & in cordis tran
quillitate p̄petua. Huncigitur pacis
locum extinctione carnaliū passionum
si quis meruerit obinere. ex hoc q̄s pro
ficiens gradu. ac syon spiritualis. id est
specula dei consequenter effectus. erit
etiā habitatio eius. Nō enim in confi.

De castitate

eti continentie sed in iugi virtutum specula dominus comoratur. ubi iam non retinet non comprimit sed imperpetuum confrigit potentias arcuum. ex quibus videlicet aduersum nos libidinum quondam iacula dirigebantur ignita. Videtis ergo quia sicut non est in colluctatione continentie sed in castitatis pace locus domini. ita etiam habitatio eius in specula sit et contemplatione virtutum. Unde non immerito porte syon cunctis tabernaculis iacob preferuntur. Diligit enim dominus portas syon super omnia tabernacula iacob. Quod autem per hoc inuitabilem esse commotionem carnis asserit. quod vrina cum vesica iugi instillatione repleuerit. queta etiam suscitaret membra. licet vere sectatoribus puritatis ad obtinendam eam nihil preiudicet ista commotio. quia hec sola interdum et tamen pro soporem necessitas excitat. sciendum tamen est. quod ita si commota fuerint ad quietem propria reducuntur castitatis imperio. ut non modo cum nullo pruritu. sed nec cum minima quidem libidinis recordatione sedent. Et ideo ut cum lege animi. lex que congruat corporalis. etiam in ipsius aque potu ita est nimietas castiganda. ut humoris quotidiana illa collectio pignus arefactis influens membris. illum quem inuitabilem putatis corporis motum. non solum rarissimum. verum etiam lentum reddat ac tepidum frigidumque. ut ita dixerit. ignis. et absque vilius adustionis ardore rorentem suscitaret flammam. instar admirabilis illius mosaice visionis. ut carnis nostre rubus innoxio igne circumdatus non uratur. vel sicut illorum trium iuuenum quibus ita rorentem spiritu fornacis chaldeice flamma discussa est. ut nec capillos eorum aut simbrias odor ignis afflaret. ut illud quoddam quod sanctis reppmittitur pro peccata. incipiamus iam in hoc corpore possidere. cum ambulaueris per ignem non combureris. et flamma non ardebit in te.

**De mirabilibus que peculiari
ter in sanctis suis deus operatur.**

Cap. xij.

Magna enim vere atque mirifica sunt. nec vlli hominum penitus. nisi his tantum qui experti sunt. nota. que dominus fidelibus suis adhuc in isto corruptionis vasculo constitutis. ineffabili largitur liberalitate. Que prope mentis puritate perlustrans. tam ex sua quam ex illorum persona qui in hunc statum affectumque perueniunt exclamauit. Mira opera tua. et anima mea cognosceat nimis. Alioquin nihil noni nec magni intelligitur propheta dixisse. si alio cordis affectu vel de alijs operibus dei hec pronunciasse credatur. Nullus etenim est hominum qui mira esse opera dei etiam ex ipsius creature magnitudine non agnoscat. Ceterum illa que in sanctis suis quotidiana operatione dispensat. ac speciali munificentia affluenter effundit. nullus alius nisi anima perfruenti agnoscat. que in secreto conscientie sue ita est beneficiorum eius arbitra singularis. ut ea non solum nullo valeat sermone differere. sed ne sensu quidem et cogitatione complecti. cum ab illo ignito seruore discedens ad istos materiales ac terrenos intuitus fuerit deuoluta. Quis enim in se opera domini non miretur. cum insatiabiles ventris ingluuiem. et sumptuosam gule perniciosamque luxuriam. ita in se viderit fuisse compressam. ut vix ipsum exiguum ac vilissimum cibum raro inuitusque percipiat. Quis non obstupescat opera dei. cum illum ignem libidinis quem naturalem antea et velut inextinguibilem esse crederet. ita refriguisse per se sentit. ut ne simplici quidem se corporis motu sentiat incitari. Quomodo non iracundiam domini tremiscat quisque. cum homines quoddam diros atque truculentos qui ad summum iracundie furorem etiam blandissimis subditorum irribantur obsequijs. ad tantam transisse viderit lenitatem. ut non solum nullis iam commouentur iniurijs. sed etiam cum illa te fuerit

Deus. fons. i. p. e.

Collatio XII abbatis Cheremonis

summa magnanimitate congaudeant:
Quis plane non miretur opera dei. ac
toto proclamet affectu. quia ego cogno
ui quod magnus est dominus. cum vel se vel
alium quempiam ex rapacissimo libera
lem. ex prodigio continentem. et superbo hu
mitem. et delicato ac tenero squalidum
birsutumque perspexerit. et egestate atque an
gustia presentium rerum etiam volunta
rie profuerit: **I**sta sunt profecto mira
opera dei. que peculiariter anima prope
te similitumque eius misericordie contemplatio
nis intuitu stupefacta cognoscit. **I**sta
sunt prodigia que posuit in per terram.
que idem propheta considerans. ad admi
rationem eorum cunctos populos aduo
cat dicens. **V**enite et videte opera dei. que
posuit prodigia super terram. auferens
tella usque ad fines terre. arcum conteret
et confringet arma et scuta comburet igni.
Quod enim maius potest esse prodigium
quam sub momento breuissimo ex rapacissi
mis publicanis apostolos fieri. ex perse
cutoribus truculentis predicatores eu
angelij patientissimos reddi. ita ut eam que
persequerentur fidem etiam effusione sui
sanguinis propagarent: **I**sta sunt opera
dei que se quotidie vna cum patre ope
rari filius protestatur dicens. **P**ater meus
usque hodie operatur et ego operor. **D**e
istis operibus dei beatus dauid in spiri
tu canens. **B**enedictus inquit dominus
deus israel qui facit mirabilia magis solus. **D**e
istis et amos propheta **Q**ui facit inquit
omnia. et conuertit ea et transmutat in
matutinam umbram mortis. **H**ec est
nempe immutatio dextere excelsi. **D**e hac
salutari operatio dei orat propheta dominum
dicens. **C**onfirma deus hoc quod ope
ratus es in nobis. **E**t pretermittat illas
secretas atque absconditas dispensatio
nes dei. quas intra se peculiariter exerce
ri mens sanctorum omnium momentis sin
gulis intuetur. illam celestem infusionem
leticie spiritualis. qua deiectus animus
in sperati gaudij alacritate sustollitur ad
alios ignitos cordis excessus. et tam inef

fabilia quam iraudita solatia gaudiorum.
quibus nonnunquam ignauissimo stupore
torpentes. ad orationem feruentissimam ve
lut de somno profundissimo suscitamur.
Hoc inquam est gaudium de quo beatus
apostolus. **Q**uod oculus inquit non vi
dit. nec auris audiuit. nec in cor hominis
ascendit. eius scilicet qui terrenis vitis be
tetatus adhuc homo est et humanis in
heret affectibus. nihilque de istis dei mu
neribus intuetur. **D**enique idem aposto
lus tam de se quam de similibus sibi que iam
de humana uerfatione discesserat. sub
iecit dicens. **N**obis autem reuelauit deus
per spiritum suum.

Soli qui experiuntur agno
scant dulcedinem castitatis.

Lap. xiiij.

In his igitur omnibus quan
tum mens ad subtiliorem pro
fecerit puritatem. tanto subli
mius intuebitur deum. et admirationis
intra semetipsum potius capiet incremen
ta. quam loquendi facultatem aut sermo
nem narrationis inueniet. **E**t enim vim
leticie huius inexpertus mente percipe
re. ita explicare sermone non valebit ex
pertus. tanquam si quis dulcedinem mel
lis ei qui nunquam quicquam dulce gustauerit
velit sermonibus enarrare. profecto nec il
le saporis illius suauitatem quam nunquam
ore percepit auribus capiet. nec ille dul
cedinem quam gustus voluptate cogno
uit. verbis poterit indicare. sed propria tan
tum agnitione suauitatis illectus. neces
se est ut experti saporis iocunditatem in
tra semetipsum solummodo tacite admiret.
Ita igitur quisquis in hunc quem predium
virtutum statum meruerit peruenire. h
omnia que in suis peculiari gratia dominus
operatur. tacita mente perlustrans. ho
rumque omnium attonita consideratione
flammatus. cum intimo cordis exclama
bit affectu. **M**ira opera tua deus. et ani
ma mea cognoscat nimis. **I**stud ergo est
mirabile opus dei. hominem carneum car
nales affectus in carne positum respuit

De castitate

se. 7 in tanta rerum atq; incursum va-
rietate vnum tenere animi status. atq; i
mobilem in omni accedentium permu-
tatione durare. Quia virtute fundatus
senex qdā. cū apud alexandriā turb in-
fidelium circūsusus. non solum maledi-
ctis verumetiam grauissimis impellen-
tū vrgeretur iniurijs. ei q; a sublannan-
tibus diceretur. Quid miraculi chris-
tū vester quem colitis fecit. Ille inqt. At
his ac maioribus si intulerijs non moue-
ar nec offendar iniurijs

Interrogatio de continentie
qualitate et temporis modo in
quo castitas perfici possit.

Capitulū. xiiij.

Sermanus. Quoniā nos ad-
miratio nō humane huius ne-
q; terrene. sed plane celestis at-
q; angelice castitatis. ita subito stupe-
re confudit. vt terrorem magis desperatio-
nis incuteret. q; ad expectendam se nōs
animos prouocaret. quesumus vt nos
de obseruantie qualitate ac temporis
modo. quo acquiri vel perfici valeat do-
ctrina plenissime disputationis istius.
quatinus 7 consummari eā posse creda-
mus. 7 ad expectendam deinceps spacio
constituti temporis animemur. Incōp-
hensibilem nanq; eam in carne hac po-
sitis quodāmodo indicamus. nisi nob
ordo quidam ac via qua ad illam vale-
at perueniri. certa ratione pandatur

Responsio intra quod tempus
possibilitas castitatis possit a-
gnosci. **C**ap. xv.

Heremon. Temerarium sa-
tis est super consumatione hu-
ius de qua loquimur castitatis.
in tanta presertim vel voluptatū diuer-
sitate vel viriū. certam temporis defini-
re mensurā. q; non facile etiā in istis ma-
terialibus artibus ac visibilibus disci-

plinis decerni potest. sed in intentionem
nanq; animi atq; ingenij qualitates. ne-
cesse est eas ab vnoquoq; vel celeri vel
tardius apprehendi. rationē tamē obser-
uantie 7 temporis modum intra quē ei
possibilitas agnoscat. constantissime
possimus definire. Quisquis igit extra-
ctus a cunctis confabulationibus ocio-
sis. 7 mortificatus ab omni ira ac sollici-
tudine cura q; mundana. duobus tantū
proximacis fuerit quotidiana refectione
contentus. 7 a quē satietate sbracta. q;
etiam somni trium sine (vt alij statuerūt)
quattuor horarū spacio terminarit. nec
tamen laborum aut continentie hui; me-
rito sed miseratione dñi eam se credide-
rit adepturum. quia sine hac fide vana
est omnis humani laboris intentio. non
amplius q; sex mensibus. pfectionē istā
impossibilem sibi nō esse cognoscat. Eui-
dens tamen est iam prime puritatis in-
diciū. incipere eam de ppij laboris indu-
stria non sperare. Si enim vim versiculi
illius vnusquisq; in veritate cōceperit.
Nisi dñs edificauerit domum. inuaniam
laborant qui edificant eam. sequitur. vt
nec de puritate sui emeritis extollat. intel-
ligens eam se non sua diligentia. sed do-
mini misericordia consecutum. nec ptra
alios immiti rigore moueatur. sciens hu-
manam nihil esse virtutem. si eam virtū
diuina non inuerit

De fine ac remedio castitatis

Capitulū. xvi.

Proinde vniciq; nostrum ad-
uersus spiritum fornicationis
totis viribus desudanti. victo-
ria singularis est. de merito conatus sui
remedium non sperare. quē fides licet fa-
cilis ac plana omnibus videatur. tñ taz
difficile ab incipientibus q; ipius casti-
tatis perfectio possidetur. Nam cu; eis
vel particula puritatis arriserit. p̄tinuo
in conscientie sue secretis elationē qdā
subtiliter illabente sibimet blādiuntur.
credentesq; eam se diligentie sue studio

consecutos. necesse est vt superno illo p̄sidio paululum tenudati. tam diu illis quas diuina virtus extinxerat passionibus opprimantur. q̄d diu experientia docente cognoscāt se viribus atq; industria sua puritatis bonum obtinere non posse. Et vt disputationem nostram de fine plenissime castitatis longa lucubratione confectaz breuiter concludamus. in vnum omnia que copiose sparsimq; digesta sunt colligentes. hec est consummatio castitatis. vt vigilantez mōachū oblectatio libidinis nulla perstringat. vt quiescentē somniorum non fallat illulio. sed cum dormienti tantum per sopite mentis incuriam commotio carnis obrepserit. quemadmodum sine vlla titillatione voluptatis excitata est. ita etiam sine vllō puritu corporis conqueſcat. **Hec de castitatis fine** quantum potuimus non verbis sed experientia magistrante digessimus. **Que licet a diſidiosis ac negligentibus** arbitrer impossibilia forsitan iudicāda. certus tamen sum a studiosis ac spiritalibus viris agnoscenda pariter ac probanda. **Tantum** nanq; inter hominem distat et hominē quantum ⁊ illa in quibus animi eorum tendit intētio ab inuicem disparantur. id est vel celū ab inferno. vlcibus a belial. scdm sentētia m̄ domini saluatoris. **Si quis mihi ministrat me sequat. ⁊ vbi ego sum illic ⁊ minister me erit.** Et iterum. **Ubi est taurus tuus ibi erit ⁊ cor tuum.** Hucusq; beatus c̄heremon de castitatis perfectione disseruit. admirabilem q; doctrinam sublimissime puritatis tali sermone p̄clusit. suadens stupentibus atq; anxys nobis. vt quia iam noctis pars maior effluerat. tradita quieti paululū membra naturali soporis cibo minime fraudaremus. ne languens torpore corporis sui etiā mens vigorem sancte intentionis amitteret. **Explicit collatio secunda abbat̄is C̄heremonis de castitate**

Incipiunt capitula collatiōis tertie eiusdem abbatis de protectione dei. Cap. primum

- R**oemium.
- i** Interrogatio quare non merita virtutum laborantis industrie deputentur.
- ii** Responsio q̄ sine adiutorio dei non solum perfectio castitatis. sed omnino nihil boni perfici possit.
- iii** Obiectio quemadmodum gentiles absq; gratia dei castimoniam habuisse dicant.
- v** Responsio de philosophorum imaginaria castitate.
- vi** De sine gratia dei nullos industrios conatū exequi valcamus.
- vii** De principali proposito dei. et p̄uidencia quotidiana.
- viii** De gratia dei et arbitrii libertate.
- ix** De virtute bone voluntatis nostre ⁊ gratie dei.
- x** De liberi arbitrii infirmitate
- xi** An bonam voluntatem nostram sequatur an precedat gratia dei.
- xii** De voluntate bona nec semper gratie. nec semper sit homini tribuenda
- xiii** De gratia dei humani conatus compensare non possint
- xiiii** De temptationibus suis de virtutem humani experiat arbitrii.
- xv** De multiplici vocationum gratia.
- xvi** De gratia dei eo q̄ humane si dei transcendat angustias.
- xvii** De inscrutabili dispensatione dei.
- xviii** Definitio patrū eo q̄ arbitrii ad saluandū nō sit ydonei
- Explicit capitula.**

Collatio XIII de protectione dei

Incipit tertia collatio abba-
tis cheremonis de protectione
dei. **Cap. primum.**

In
ad synaxi
matutina
percepto
paululuz
sopozere
meates se
nem ope
rirem in

genti abbas germanus scrupulo mone-
batur. q̄ in preterita disputatiōe cuius
virtus summum desiderium incognite
nobis castitatis infuderat. vnius adie-
ctione sententia beatus senex merituz hu-
mane causasset industrie. astruens homi-
nem q̄uis summis ad bonam frugē vi-
ribus enitatur. tamen boni competentem
se non posse. nisi id diuini tantum mune-
ris largitate. non operis sui studio perce-
pisset. Hanc igitur questionem attoni-
te volentibus nobis. progressus cellu-
la beatus Cheremon cum quidem nos
inuicem musitare sensisset. solito breui-
orationum atq̄ psalmodiarum solennitate
transcurfa. quid moueret inquirit.

Interrogatio quare non meri-
ta virtutu laborantis industrie
deputentur. **Cap. ij.**

Unc Germanus. Quan-
tum excellentissime inquit sub-
limitate virtutis que noctur-
na disputatione patefacta est. pene (vt
ita dixerit) a fide possibilitate excludim-
tantum nobis pace tui dictum sit vide-
tur absurdum. si laborum stipendiu. id
est perfectio castitatis que instantia pro-
prij sudoris acquiratur. non specialiter la-
borantis deputetur industrie. Ineptum
est enim. vt si verbi gratia agricolam er-

ga culturam terre irremissum studium
viderimus impendere. non illius effica-
cie ascribamus et fructum.

Responso q̄ sine adiutorio
dei non solum perfectio castita-
tis. sed omnino nichil boni per-
fici possit. **Capitulu. iij.**

Cheremon. Hoc ipso qd̄ pro-
posuisti exemplo. euidenti ap-
probatur nihil posse proficere
sine adiutorio dei laborantis industria
Recenim agricola cum omnes conat-
suos in excolendis expenderit terris. con-
festim etiam prouentum segetum et vber-
tatem fruguz sue poterit industrie depu-
tare. q̄ irritam esse frequenter expertus
est. nisi eam et pluiarum oportunitas et
hyemis tranquilla serenitas subsequat-
ita ut adultos iam fructus ac perfecta ma-
turitate solidatos. quodamō de manu te-
nentiu viderimus pleriq̄ preceptos. ni-
hilq̄ laborantibus illam iugem sudoris
instantiam contulisse. quia non fuit do-
mini opitulatione directa. Sicut igitur
inertibus agricolis. qui sua frequēt vo-
mere arua non subigunt. hanc vbertate
segetum pietas diuina non confert. ita
laborantibus pernox sollicitudo nō pro-
derit. nisi misericordia domini fuerit. p-
sperata. In quo tamen humana super-
bia nullatenus se gratie dei vel exequa-
re vel admiscere contendat. participetq̄
se in muneribus dei per hoc conetur infe-
rere. vt laborem suum auctorem esse di-
uine existimet largitatis. ac prouentū co-
piosissimaruz frugum. industrie sue me-
ritis respondisse gloriatur. Consideret nā
q̄ ac veridica examinatione perpendat.
q̄ne ipos quidem conatus quos pro de-
siderio opulentie intentus exercuit. suis
viribus impendere potuisset. nisi eius ad
exercenduz omne opus ruris. protectio
domini ac misericordia roboraasset. et in-
efficax eius voluntas fuisset ac virtus.

Collatio XIII abbatis cheremonis

nisi etiam peragendi copiam. que non
nunquam vel siccitatis vel imbrium nimie
tate fraudatur. diuina clementia presti
tisset. Nam cum et bonum virtutis et sani
tas corporis et omnium effectus operum
actuumque prosperitas a domino fuerit
condonata. orandum est ne fiat ei sicut
scriptum est. celum etiam et terra ferrea.
et ne residuum locuste comedat brucus. et
residuum bruci eruca deuoret. et residuum
eruce rubigo consumat. Nec in hoc tan
tum eget diuinitatis auxilio agricole la
borantis industria. nisi etiam in speratos
auertat casus. quibus etiam si desidera
ta fructuum fecunditate ager fuerit opi
matus. non solum spei sue vana expecta
tione frustrabitur. verum etiam precepta
rum et reconditarum iam vel in area vel
in horreo frugum veritate fraudabitur.
Quibus manifeste colligitur. non solum
actuum. verum etiam cogitationum bo
narum ex deo esse principium. qui nobis
et initia sancte voluntatis inspirat. et vir
tutem atque oportunitatem eorum que re
cte cupimus tribuit peragendi. Omne
enim datum bonum. et omne donum
perfectum desursum est descendens a pa
tre luminum. qui et incipit que bona sunt.
et exequitur. et consummat in nobis. dice
te apostolo. Qui autem dat semen semina
nti. et panem ad manducandum pre
stabit. et multiplicabit semen vestrum. et
crescere faciet fructus iusticie vestre. No
strum vero est. ut quotidie attrahentem
nos gratiam dei humiliter subsequamur.
vel certe dura ceruice et incircumcisis ut
scriptum est auribus eorum resistentes. per
hieremiam mereamur audire. Nihil
qui cadit non resurget. aut qui auersus
est non reuertetur. Quare ergo auersus
est populus iste in hierusalem auersione
contentiosa. Indurauerunt ceruices suas.
noluerunt reuerti.

Obiectio quemadmodum gen
tiles absque gratia dei castimo
niam habuisse dicantur.

Capitulū. iij.
Sermonis huic sensui cuius
pietas abrupte a nobis non potest
improbari. illud videtur obli
tere. quod ad destructionem liberi arbi
trij tendit. Nam cum multos gentilium
qui utique diuini adiutorij gratiam non
merentur. non solum frugilitatis atque pa
tientie. sed quod magis mirum est etiam
castitatis videamus fulgere virtutibus.
quomodo captiuato libere voluntatis ar
bitrio. dei munere collate illis fuisse cre
dende sunt. cum utique mundane sapie
tie sectatores. non solum dei gratiam sed
ipsum etiam verum deum penitus ignora
tes. quantum vel serie lectionis vel quo
rundam traditione cognouimus. sum
mam castimonie puritatem proprii labo
ris industria possedisse dicantur.

Responso de philosophorum
imaginary castitate

Capitulū. v.
Cheremon Gratium mibi est
quod dum sumo agnoscedere veritatem
amore flammamini. quedam
etiam inepta proponitis. quorum obie
ctione probatio. atque (ut ita dixerim) ex
ploratio catholice fidei virtus appare
at. Quis etenim sapiens tam contrariis
propositionibus uteretur. ut celestem ca
stimonie puritatem quam besterna die nec
per dei gratiam mortalium cuiusque asser
bans posse conferri. nunc eandem etiam
a gentilibus crederetis virtute propria
fuisse possessam. Sed quia hec explorata
de proculdubio (ut dictum est) studio ve
ritatis opponitis. quid de his teneamus
aduertite. Primum philosophos neque
quod credendum est talem animi castitatem
qualis a nobis exigitur assecutos. quibus
iniungitur ut non solum fornicatio sed
ne immundicia quidem nominetur in
nobis. Habuerunt autem illi quandam me
ritum. hoc est portunculam castitatis. id
est abstinentiam carnis. ut tantum a cor
tu libidinem cohercerent. hanc autem in

De protectione dei

ternā mentis ac perfectam corporis puritatem. non dicam opere assequi. sed nec cogitatione potuerunt. Denique famosissimus ille iporum socrates hoc ut ipi celebant de se non erubuit profiteri. Quia cum intuens eū quidū physiognomon dixisset omnia pederasti. hoc est. oculi corruptoris puerorum. et irruentes in eū discipuli eius. vlcisci illatum magistro vel lent conuiciū. indignationem eorū hac dicitur compressisse sententia

id est
quiescite o sodales. etenim sum sed contineo. **A**peritissime igitur non solum assertionem nostram. sed etiam iporum professionem monstratur. consummationem tantummodo impudicicie. id est comixtionis turpitudinem. violēta ab illis necessitate compressam. non tamē desiderium de cordibus eorum et oblectationē illius passionis exclusam. **C**um quo autē horrore proferenda est illa sententia dyogenis: **F**actum enim quod philosophos mundi huius velint quiddam memorabile proferre non puduit. neque dici a nobis sine verecūdia. neque audiri potest. **Q**uidam in adulterij crimine puniendo (ut ferunt) ait.

id est. quod gratis vendit morte non emas. **C**onstat ergo illos vere castitatis que a nobis expectitur. nec agnoscere virtutem. **E**t ideo satis certum est circūcisionem nostram que in spū est. non posse nisi dei tantum munere possideri. et his inesse solummodo. qui deo tota spūs sui contritione deserviunt.

¶ ¶ **S**ine gratia dei nullo sin du-
strios conar' exequi valeam'.

¶ ¶ **L**apiti lū. vi.

¶ **E**t idcirco licet in multis immo in oib' possit ostēdi. semp auxilio dei homines indigere. nec aliquid humanam fragilitatem quod ad salutem pertinet per se solam. i. sine adiutorio dei posse perficere in nullo tamē

evidentius quā in acquisitione atque custodia castitatis ostenditur. **E**t enim tantisper de integritate eius difficultate disputatio differatur. de instrumentis eius breuiter interim disputemus. **Q**uis p'ualeat queso quis serues spū. vel squalem solitudinis. vel siccū panis non dicam quotidianam esuriam sed ipsam saturitatem nulla hominū laude suffultis suis viribus sustinere. **Q**uis aque perpetuam sitim sine domini consolatione tolerare. illumque dulcem ac delectabilem matutinum soporem humanis fraudare oculis. et intra terminos horarum quattuor omnem quietis refectionem iungi possit lege pcludere. **Q**uis indefinētem lectionis instantiā. quis irremissam operis sedulitatem. nullam presentis luxuri comodum captans. absque dei gratia explere sufficiat. **Q**ue oia sicut desiderari a nobis iugiter absque diuina inspiratione non possunt. ita ne perfici quidem sine eius auxilio vllatenus queunt. **E**t ut hec eadem non solum probata nobis experientie disciplina. sed etiam certis indicij et argumētis manifestiora reddamus. nonne in multis que vtiliter optamus implere. cū desiderij plenus ardor ac voluntas perfecta non desit. interpellans quecunq' fragilitas cassat vota concepta. nec pposito nostro assistit effectus nisi virtus perficendi dñi fuerit miseratione donata. ita ut cū sit innumera multitudo illorum qui fideliter virtutū studijs desiderant inhxere. summam tamē eorum qui hec perficere vel tolerare pualearant inuenias raritatem. ut ptermittas quod ne tunc quidem. cum omnino nulla nos arcet infirmitas. facultas vniuersa que volumus peragēdi nostre subiacet potestati. **Q**am neque remotionis silentium. nec distractionem ieiuniorū. nec lectionis instantiā. illo etiam tpe quo possumus pro nostro arbitrio retentamus. sed quibusdā occurrentibus causis. etiā inuitissimi frequē retrahim' a salutaribus

Collatio XII abbatis Cheremonis

stitutis. ita ut vel loci vel temporis copia
in quo hoc exercere possimus. necesse sit
nos a domino deprecari. nec sufficere
nobis id quod possumus certum est. ni-
si etiam oportunitas peragendi ea que nobis
utique possibilis sunt a domino tribuat.
de quibus et apostolus Quonia volui-
mus inquit venire ad vos et semel et re-
rum. et impedivit nos sathanas. ita ut
nonnunquam nos etiam utiliter ab istis spi-
ritalibus sentiamus studiis auocari. ut
dum nolentibus nobis interruptitur
nostri cursus intentio. et infirmitati car-
nis aliquid relaxamus. etiam inuiti ad
salutarem perseverantiam referuemur.
De qua dispensatione dei. simile aliquid
beatus apostolus. Propter quod inquit
ter dominus rogavi ut discederet a me.
et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea.
nam virtus in infirmitate perficitur. Et
iterum. Quid enim oremus sed quod oportet
nescimus.

De principali proposito dei et providentia quotidiana

Capitulum vii.

Propositum namque dei quo non
ob hoc hominem fecerat ut pe-
ret. sed ut imperpetuum vive-
ret. manet immobile. Cuius benignitas
cum bone voluntatis in nobis quantu-
lamcumque scintillam emicuisse perspe-
xit. vel quam ipse tanquam de dura silice no-
stri cordis excusserit. confouet eam. et ex-
uscitat. suamque inspiratione confortat. vo-
lens omnes homines saluos fieri. et ad
agnitionem veritatis venire. Quia non
est inquit voluntas ante patrem vestrum
qui in celis est. ut pereat vnus ex pusillis
istis. Et iterum. Nec vult inquit deus
perire animam. sed retractat cogitans ne
penitus pereat qui abiectus est. Verax
namque est et non mentitur deus. cum ob-
testatione diffiniens. Vno ego dicit do-
minus deus. quia nolo mortem impij.
sed ut conuertatur a via sua et vivat.

Qui enim ut pereat vnus ex pusillis non
habet voluntatem. quomodo sine in-
genti sacrilegio putandus est. non vni-
uersaliter omnes sed quosdam saluos fi-
eri velle pro omnibus. Ergo quicumque
pereant. contra illius pereunt voluntatem.
ita eo contra vnumquemque eorum quoti-
die proclamante. Conuertimini a vris ve-
stris pessimis. et quare moriemini domine
israel. Et iterum. Quotiens volui con-
gregare filios tuos sicut gallina congregat
pulos suos sub alas suas. et nolui
isti. Et quare inquit auersus est populus
iste in hierusalem. auersione perentiosa.
Indurauerunt facies suas. noluerunt re-
uerteri. Presto est ergo quotidie christi gra-
tia. que dum vult omnes homines sal-
uos fieri. et ad agnitionem veritatis ve-
nire. cunctos absque vlla exceptione con-
uocat dicens. Venite ad me omnes qui labo-
ratis et onerati estis. et ego reficiam vos.
Si autem non omnes vniuersaliter. sed
quosdam aduocat. sequitur ut nec omnes
sint onerati vel originali vel actuali pec-
cato. nec vera sit illa sententia. omnes
enim peccauerunt et egent gloria dei. nec
per omnes homines mors pertransisse cre-
datur. Et intantum omnes qui pereunt
contra dei pereunt voluntatem. ut nec ip-
sam mortem deus fecisse dicatur. ita scri-
ptura testante. Quia deus mortem non
fecit. nec gaudet in perditione viuorum.
Est inde est quod plerumque dum pro nobis con-
traria postulamus. vel tardi. vel nequa-
quam nostra exauditur oratio. et rursus. ea
que credimus esse contraria. utiliter ut be-
nignissimus medicus. etiam inuitissimis
dominus inferre dignatur. ac nonnunquam
perniciosas dispositiones nostras leta-
lesque conat. ab effectu detestabili retar-
dat ac reuocat. ac properantes ad mor-
tem. retrahit ad salutem. et de inferni fau-
cibus extrahit ignorantes.

De gratia dei et arbitrii libera- te.

De protectione dei

Capitulū. viij.

Quam curaz atq; prouidentia circa nos suam. sub figura metreticis hierusalem et pernicio-
sa ad ydolorum cultū a laacitate tenden-
tis. per Osee prophetam sermo diuinus
elegantē expressit. Dicente nāq; ea. va-
dam post amatores meos. q̄ dāt panes
michi ⁊ aquas meas. lanam meam ⁊ li-
num meum. oleum meum ⁊ potū meū.
respōdit saluti eius non voluntati con-
sulens diuina dignatio. Ecce ego sepiā
viā eius spinis. ⁊ sepiam eam maceria.
⁊ semitas suas non inueniet. ⁊ sequetur
amatores suos. ⁊ non apprehendet eos.
⁊ queret eos. nec inueniet illos. ⁊ dicet.
Reuertar ad virum meum priorem. q̄a
benemibi erat tunc magis q̄ nunc. Ac
rursus contumacias nostras atq; con-
temptus. quibus enī ad salutare inui-
tantem recursus rebellis spiritu. dedigna-
mur. tali cōparatione describit. Et dixi
inquit. Patrem vocabis me. ⁊ post me
ingredi non cessabis. Sed quomō si cō-
temnat mulier amatorem suum. sic con-
temptit me domus israel. ait dominus.
Sed q̄grue qm̄ hierusalem adultere cō-
parauerat a suo cōiuge discedenti. amo-
rem quoq; ac per seueratā benignitatis
sue viro qui a femina deseritur compa-
rauit. Pietas enim ac dilectio dei. quā
circa humanum genus semper impen-
dit. eo q̄ nullis ita vincatur iniurijs. vt
a cura nostrē salutis abscedat. ⁊ quodā
modo superata iniquitatibus nostris a
principali suo proposito reuocetur. ma-
gis proprie expm̄ alia cōparatione nō
potuit. q̄ exemplo viri ardētissimo amo-
re femina diligentis. qui quanto magi
negligi se ac despici ab ea senserit. tanto
vehementioris circa eā celi ardore flāma-
tur. Adest igitur inseparabiliter nobis
semper diuina protectio. tanta q̄ est er-
ga creaturam suam pietas creatoris. vt
non solum comitetur eam sed etiam pre-

cedat iugiter prouidentia. Quam ex-
tus propheta aperitissime confitetur dices.
Deus meus misericordia eius preueni-
et me. Qui cum in nobis ortum quēdā
bone voluntatis inspererit. illuminat eā
confessum atq; confortat. ⁊ incitat ad sa-
lutem. incrementum tribuens ei. quam
vel ipse plantauit vel nostro conatu vi-
derit emeruisse. Nam anteq; clament in-
quit ego audiam. adhuc loquentib; eis
ego audiam. Et iterum. Ad vocem cla-
moris tui statim vt audierit responde-
bit tibi. Et non solum sancta desideria
benignus inspirat. sed etiam occasiōes
p̄struit vite. ⁊ oportunitatē boni effectus
ac salutaris vię directionem demonstrat
errantibus.

De virtute bone voluntatis nostrę et gratię dei.

Capitulū. ix.

Udenō facile humana ratio
ne discernitur. quemadmodū
dominus petentibus tribuat. a
querentibus inueniatur. a perit q̄ pul-
santibus. et rursus inueniatur a non
querentibus se. palam appareat inter il-
los qui eum non interrogabant. et tota
die expandat manus suas ad populum
non credentem sibi et contradicentem.
resistentes ac longe positos vocet. inui-
tos attrahat ad salutē. peccare cupien-
tibus explende copiam subtrahat. volū-
tatis ad nequitiam properantibus beni-
gnus obsistat. Cui autem facile pateat.
quomodo salutis summa nostro tribua-
tur arbitrio. de quo dicitur. Si volueri-
tis ⁊ audieritis me. quę bona sunt terre
māducabit. ⁊ quomō non volentis ne
q̄ currentis sed miserentis sit dei. Quid
etiam sit illud. q̄ deus reddet vnicuiq;
scdm̄ opera eius. et deus est qui operat
in vobis et velle et perficere pro bona vo-
luntate. et hoc non ex vobis. sed dei do-
num est. non ex operibus. vt ne quis

Collatio XII abbatis Cheremonis

glozietur. Quid sit etiam illud quod dicitur a propinquo deo. et a propinquo bit vobis. et quod alibi dicit. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me attraxerit eum. Quid sit quod dicit. rectos cursus fac pedibus tuis. et vias tuas dirige. et quid sit quod dicimus orantes. Dirige in conspectu tuo viam meam. et perfice gressus meos in semitis tuis. ut non moueantur vestigia mea. Quid sit quod iterum commonemur. facite vobis cor nouum et spiritum nouum. et quid sit illud quod re promittitur. Dabo eis cor nouum. et spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. et auferam cor lapideum de carne eorum. et dabo eis cor carneum. ut in preceptis meis ambulent. et iudicia mea custodiant. Quid sit quod precepit dominus dicens. Laua a malicia cor tuum hierusalem. ut salua fias. et quid sit quod id ipsum propheta a domino postulat dicens. Cor mundum crea in me deus. Et iterum. Lauabis me et super cinis dealbabor. Quid sit quod ad nos dicitur. illumina vobis lumen scientie. Et quid sit quod de deo dicit. Qui docet hominem scientiam. et dominus illuminat cecos. vel certe quod orantes dicimus cum propheta. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. nisi quod in his omnibus et gratia dei et libertas nostri declaratur arbitrii. et quia etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi. semper homo a domino indigeat adiuari. Nec enim cuius voluerit quis sanitate perfruit. aut de egritudinis morbo per arbitrii sui desiderio liberatur. Quid autem predestinatio sanitate gratiam concupisse. nisi dominus qui vite ipsius usum tribuit etiam vigorem incolumitatis impartiat. Ut autem euidentius clareat etiam per nature bonum quod beneficio creatoris indultus est. nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia. que tamen nisi a domino dirigantur ad consummationem virtutum peruenire non possunt. a postulo testis est dicens.

Velle enim adiacet mihi. perficere autem bonum non inuenio.

De liberi arbitrii infirmitate Capitulum x.

Nam libertatem scriptura diuina nostri confirmat arbitrii dicens. Omni custodia serua cor tuum. Sed infirmitatem eius a postulo manifestat dicens. Dominus custodiat corda vestra. et intelligentias vestras in christo iesu. Virtutem liberi arbitrii dicit enunciat dicens. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas. Sed infirmitatem eius idem orans similiter docet. Inclina inquit cor meum in testimonia tua et non in auariciam. Salomon quoque Inclinet corda nostra ad se ut ambulemus in vniuersis vijs eius. et custodiamus mandata eius. et cerimonias eius. et iudicia eius. Potestate designat arbitrii nostri psalmigraphus dicens. Cobibe linguam tuam a malo. et labia tua ne loquantur dolum. Infirmitatem eius nostra protestatur oratio dicentibus nobis. Donec domine custodiā ori meo. et ostium circumstantie labijs meis. Arbitrii nostri facultas a domino declaratur cum dicitur. Solue vincula colli tui captiua filia syon. Fragilitatem eius propheta decantat dicens. Dominus soluit compeditos. et Dirupisti vincula mea tibi sacrificato hostiarum laudis. Audiuimus in euangelio dominum conuocantem ut ad eum properemus per liberum arbitrium. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et ego reficiam vos. Sed infirmitatem eius idem dominus protestatur dicens. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me attraxerit eum. Apostolus liberum arbitrium nostrum incitat dicens. Sic currite ut comprehendatis. Sed infirmitatem eius iobes baptista testat cum ait. Non potest homo accipere a se quicquam. nisi fuerit ei datus de

De protectione dei

celo. Inuenitur animas nostras sollicite custodire dicente propheta. Custodite animas vestras. Sed et spiritu alius proclamatur propheta. Nisi dominus custodierit ciuitates. in uanum uigilat qui custodit eam. Apostolus philippensibus scribens. ut liberum eorum designet arbitrium. cum metu et tremore inquit uestram salutem operamini. Sed ut infirmitatem eius ostendat. adiungit. Deus est enim inquit qui operatur in uobis. et uelle et perficere pro bona uoluntate.

Utrum bonam uoluntatem nostram sequatur an precedat gratia dei

Lap. xi.

Eta sunt hec quodammodo indistincte permixta atque confusa. ut quid ex quo pendeat. in multis magna questione uoluntur. id est. utrum quia initium bone uoluntatis prebuerimus. misereatur nostri deus. an quod deus misereatur. consequamur bone uoluntatis initium. Multi enim singula hec credentes ac in isto amplius asserentes. uarijs sibi que contrarijs sunt erroribus inuoluti. Si enim dixerimus nostrum esse bone principium uoluntatis. quid fuit in persecutore paulo. quod in publicano mattheo. quorum unus cruori ac supplicijs innocens. alius uolentibus ac rapinis publici incubans. attrahitur ad salutem. Si uero gratia dei semper inspirari bone uoluntatis principia dixerimus. quid de zachari fide. quid de illius in cruce latronis pietate dicimus. quod desiderio suo uim quandam regni celestium inferentes. specialia uocationis monita preueniunt. Consummationem uero uirtutum et executionem mandatorum dei. si nostro deputauerimus arbitrio. quomodo oramus. Confirma deus hoc quod operatur es in nobis. et opera manuum nostrarum dirige super nos. Scimus ad maledicendum israeli balaam fuisse conductum. sed uidemus maledicere cupienti non fuisse permissum.

Custoditur ab ymelech. ne rebecca tangens peccet in deum. Joseph fratrum liuore distrahitur. ut descensio filiorum israel in egiptum fieret. et illis de germani nece tractatibus. future famis remedia pararentur. Quod idem ioseph a fratribus agnitus manifestat dicens. Nolite pauere. nec durum uobis uideatur. quod uideridistis me in his regionibus. Pro salute enim uestra misit me dominus ante uos. Et infra. Premisit enim me dominus. ut reseruemini super terram. et escas ad uindictam possitis habere. Non uero consilio sed uoluntate dei huc missus sum. qui fecit me quasi patrem pharaonis. et dominum totius domus eius. et principem in omni terra egipti. Et cum post obitum patris formidantibus fratribus suspicionem timoris auferret. nolite inquit timere. nunquid dei possumus renuere uoluntati. uos cogitastis aduersum me malum. et deus contulit illud in bonum. ut exaltaret me sicut in presentiarum cernitis. ut saluos faceret populos multos. Quod etiam beatus dauid economice tunc factum in psalmo centesimo quarto silite declarauit dicens. Et uocauit famez super terram. et omne firmamentum panis contriuit. Misit ante eos uirum. in seruum uenditatus est ioseph. Hec duo id est. uel gratia dei uel liberum arbitrium sibi quod uel inuicem uidentur aduersa. sed utraque concordant. et utraque nos pariter debere suscipere. pietatis ratione colligimus. ne unum horum homini subtrahentes ecclesiastice fidei regulam excessisse uideamur. Nam cum uiderit nos deus ad bonum uelle deflectere. occurrit. dirigit atque confortat. Ad uocem enim clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi. Et in uoca me in die tribulationis tue. et eripiam te. et glorificabo me. Et rursum si nos nolle uel intempuisse perspexerit adhortationes salutiferas ad mouet cordibus nostris. quibus uoluntas bona uel reparatur uel formetur in nobis.

Collatio XIIII abbatis Cheremonis

Quod voluntas bona nec semper gratie nec semper sibi homini tribuenda.

Capitulum XII

Non enim talem deus homines fecit se credendus est. quod nec velit vni quod nec possit bonum. Alioquin nec liberum ei permisit arbitrium. si ei tantummodo malum ut velit et possit. bonum vero a semetipso nec velle nec posse concessit. Et quomodo stabit illa domini post prevaricationem primi hominis lata sententia. Ecce adam factus est sicut vnus ex nobis. sciens bonum et malum. Non enim talis ante fuisse putandus est. qui boni esset proorsus ignarus. Alioquin velut quoddam irrationabile atque insensatum animal eum fatendum est fuisse formatum. Quod satis absurdum atque a catholica fide omnimodis alienum est. Quinimmo secundum sapientissimi Salomonis sententiam. fecit deus hominem rectum. id est ut tantummodo boni scientia iugiter frueretur. sed ipsi quesierunt cogitationes multas. facti enim sunt (ut dictum est) scientes bonum et malum. Concepit ergo adam post prevaricationem quam non habuerat scientiam mali. boni vero quam acceperat scientiam non amisit. Denique non amisit humanum genus post prevaricationem a deo scientiam boni. etiam a postoli sententia evidentissime declaratur qua dicit. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt. hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. testimonium reddente illis conscientia ipsorum. et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus in die qua iudicabit deus occulta hominum. Quo sensu etiam dominus per prophetam increpat iudeorum non naturalem sed voluntariam cecitatem. quia ipsi sibi contumaciter inferebant. Surdi inquit audite. et ceci intuemini ad videndum. Quis surdus ni-

si seruus meus. et cecus nisi ad quem nuncios meos misi. Et ne forte hanc eorum cecitatem aliquis nature non voluntati possit ascribere. alibi ait. Educ foras populum cecum et oculos habentem. surdum et aures ei sunt. Et iterum. Qui habentes inquit oculus non videtis. et aures non auditis. Dominus etiam in euangelio. Quia videtes inquit non videtis. et audientes non audiunt neque intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia ysaie dicens. Audite et audietis et non intelligetis. et videtes videbitis et non videbitis. In crassatum est enim cor populi huius. et auribus grauerunt et oculos suos concluserunt. ne quantum videant oculis. et auribus audiant. et corde intelligant. et conuertantur et sanem illos. Denique ut possibilitatem boni eis inesse signaret. increpat phariseos. Quid autem inquit etiam ex vobis non iudicatis quod bonum est. Quod utique eis non dixisset. nisi eos iudicio naturali id quod equum est scisset posse discernere. Unde cauendum est nobis. ne ita ad dominum omnia sanctorum merita referamus. ut nihil nisi id quod malum atque peruersum est humane ascribamus nature. In quo quidem sapientissimi Salomonis immo domini cuius hec verba sunt testimonio confutamur. Ita enim cum consummata templi extructione oraret effatus est. Voluitque dauid pater meus edificare domum nomini domini dei israel. et ait dominus deus ad dauid patrem meum. Quod cogitasti in corde tuo edificare domum nomini meo. bene fecisti hoc ipsum mente tractans. verum tamen non tu edificabam domum nomini meo. Hec ergo cogitatio atque iste tractatus regis dauid. vtrumne bonus ex deo. an malus et ab homine fuisse dicendus est. Si enim bona atque ex deo fuit illa cogitatio. cur ab eo a quo inspirata est eidez negatur effectus. Si autem mala et ex homine fuit. cur laudat a domino. Restat ergo ut et bona et ex homine fuisse credatur. In quem modum etiam nostras quotidie cogitationes possumus iudicare

De protectione dei

Neque enim aut soli dauid bonum ex se
 metipso cogitare concessum est. aut nob
 ne quod boni unquam sapere aut cogitare pos
 simus. naturaliter denegatur. Dubita
 ri ergo non potest inesse quidem omni ani
 menaturaliter virtutum semina benefi
 cio creatoris inserta. sed nisi hec opitula
 tione dei fuerint excitata. ad incremen
 tum perfectionis non poterunt puenire. qz
 sicut beatus apostolum. neque qui plantat
 est aliquid. neque qui rigat. sed qui incremen
 tum dat deus. Adiacere autem homini in
 quamlibet partem arbitrii libertate. etiam
 liber ille (qui dicitur pastoris) apertissime
 docet in quo duo angeli uniuersum nram
 ad huc dicunt. id est bonus ac malus.
 in hominis vero optione consistere ut eli
 gat quem sequatur. Et idcirco manet in
 homine semper liberum arbitrium quod gratiam
 dei possit vel negligere vel amare. Non
 enim precepisset a plius dicens. cum me
 tu et tremore vestram salutem operamini.
 nisi scisset eam vel excoli a nobis posse vel
 negligi. Sed ne crederent se ad opus sa
 lutis diuino auxilio non egere subiungit.
 Deus est enim qui operatur in vobis et
 velle et perficere per bona voluntate. Et id
 circo thimothcum monens. noli inquiete
 negligere gratiam dei que est in te. Et itez.
 Ob quam causam moneo te. ut resuscit
 res gratiam que est in te. Inde est quod
 etiam corinthiis scribens hortatur et co
 monet. ne indignos se gratia dei infructuo
 sis operibus exhiberent dicens. Adiuua
 tes autem et obsecramus ne inuacuum gra
 tiam dei recipiatis. Quam sine dubio. qz
 inuacuum receperat symon. non profuit
 ei perceptio gratie salutaris. Non enim
 preceptis beati petri maluit obedire dicen
 tis. Penitentiam age ab hac nequitia
 tua. et ora deum si forte remittatur tibi
 cogitatio cordis tui. in felle enim amari
 tudinis et obligatiōe iniquitatis video
 te esse. Preuenit ergo hominis voluntatem
 quia dicit Deus meus misericordia eius
 preueniet me. Et rursus. dominum remoran
 tem atque vtiliter quodammodo subsiste

tem. ut nostrum experiat arbitrium. vo
 luntas preuenit nostra. cum dicit. et ma
 ne oratio mea preueniet te. Et itez. Pre
 ueni in maturitate et clamaui. et puenit
 oculi mei ad te diluculo. Aduocat etiam
 nos et inuitat cum dicit. Tota die expan
 di manus meas ad populum non creden
 tem mihi et tradicentem. Et inuitatur a
 nobis cum dicimus ei. Tota die expan
 di manus meas ad te. Expectat nos cum dicit
 per prophetam. Propterea expectat nos do
 minus ut misereatur nostri. Et expectatur a
 nobis cum dicimus Expectans expecta
 ui dominum et respexit me. et expectaui saluta
 re tuum domine. Et confortat nos cum di
 cit. Ego erudini et confortauit brachia
 eorum. et in me cogitauerunt malicia. Et
 ut nosmetipsos confortemus hortatur cum
 dicit. Confortate manus dissolutas. et
 genua debilia roborate. Clamat iesus.
 Si quis sitit veniat ad me et bibat. Cla
 mat etiam ad eum. propheta Laboraui clamauit
 rauce facte sunt fauces mee. defecerunt oculo
 mei dum spero in deum meum. Que
 rit nos dominus dicens. Quesiui et non erat
 vir. vocaui et non erat qui responderet.
 Querit et ipse sponsa flebiliter conque
 rente. In cubili meo in noctibus quesi
 ui quem dilexit anima mea. quesiui eum
 et non inueni. vocaui eum et non respodit
 mihi.

**De gratia dei humani conatus
 copensare non possint. La. xiiij.**

Quia semper gratia dei nostro
 in bonam partem cooperatur ar
 bitrio. atque in omnibus illud ad
 iuuat protegit ac defendit. ut nonnunquam
 etiam ab eo quosdam conatus bone vo
 luntatis vel erigat vel expectet. ne peni
 tus dormienti aut inerti ocio dissolutio
 sua dona conferre videatur. occasiones
 quodammodo querens. quibus humane
 segniciei torpore discusso. non irrationa
 bilis munificentie sue largitas videatur.
 dum ea sub colore cuiusdam desiderij ac la
 boris impartit. ut nihilominus gratia dei se
 gretum pseruet. dum exiguis quibusdam

Collatio XII abbatis Cheremonis

paruisq; conatibus tantam immortalitatis glam. tanta perennis beatitudinis dona. iestimabili tribuit largitate. **N**ec enim q; illius in crucelatronis precesse. rat fides idcirco. pnunciandum est non ei beatam comorationem paradisi gratuito esse. pmillam. aut penitentiam dauid regis illam vnus verbi qua dixit. peccati dno. duo taz graua eius crimia. 7 no potius clementiam dei abstulisse credendum est. vt per nathan pphetam meretur audire. 7 dñs transtulit iniquitates tuam. non mozieris. **Q**d igit' homicidiu adulterio addidit. liberi vtiq; arbitrij fuit. quod aut arguitur p. pphetaz. diuine dignationis est gratia. **R**ursus q; peccatum suu humiliat. agnoscit. pprie libertatis est opus. **V**ero sub breuissimo teporis puncto indulgentiam tantoru criminum. pmeretur. dñi miserentis est donum. **E**t quid de hac tam breui confessione 7 incompatibili diuine retributionis imensitate dicamus. cum beatus apostolus ad illaz magnitudinem future remunerationis aspiciens. quid de illis ta innumeris psecutionibus suis pnunciauerit. considerare p. facile sit. **N**am momentaneum hoc inquit 7 leue tribulationis nostre. supra modum vltra copationez eternum pod. glorie opatur in nob. **D**e quo et alibi constater enunciat dicens. **Q**uia no sunt pdigne passiones huius tpis ad futuraz glam. q; reuelabit in nob. **Q**uantu libet ergo enisa fuerit humana fragilitas. future retributioni par ee no poterit. nec ita laboribus suis diuinam imminuit gram. vt non sp gratuita perseueret. **E**t idcirco pdictus magister gentium. licet gratia dei a postolatus gradu sortitum se fuisse testetur dicens. gratia autem dei sum quod sum. tn se q; diuine gratie respondisse. pnunciat dicens. **E**t gratia eius in me vacua non fuit. s; abundatius illis omnib; laboranti 7 obtinui. non aut ego. sed gratia dei mecu. **N**am cum dicit laboranti. conatu; pprij signat arbitrij. **C**um dicit non aut ego

sed gratia dei. virtutem diuine ptectionis ostendit. **C**u dicit mecum. non ocio so neq; securo. sed laboranti ac desudati tam coopatam fuisse declarat.

Temptationibus suis deus virtutem humani experiatur arbitrij. **C**ap. xiiij.

Quod etiam in iob probatissimo athleta suo. cum cum dyabolus expetisset ad singulare certamen. diuinam legimus. puidisse iusticiam. **S**i enim contra inimicu non sua virtute sed dei solius fuisse gratia. ptegente congressus. 7 absq; vlla xute patietie sine diuina tm opitulatoe sufful. multiplices illas ac tota inimici crudelitatem quesitas temptationum moles 7 exitia pertulisset. quomodo non illam calumniosam dyabolus q; prius emiserat vocem aduersus eum iustius iterasset. **N**u quid gratis colit iob deum. **N**onne tu vallasti eum ac domum eius 7 vniusam substantiam eius p. circutum. **S**ed aufer manum tuaz. id est sine eum suis mecum viribus decertare. nisi in facie tuaz benedixerit tibi. **S**ed cum nulla huiusmodi querimoniam calumniosus hostis post conflictu audeat iterare. no dei sed illius se victum viribus confitet. licet etiam gratia dei non in totum illi de fuisse credenda sit. que tanta temptatori temptandi tribuit potestatez. quantam illum resistendi nouerat habere virtutem. no cum ab illius impugnatione sic ptegens. vt nullum virtuti humane relinqueret locum. sed hoc tantu. pcurans ne violentissimus inimicus animam eius amentem faciens. 7 impotem sensu impari eum atq; iniquo certaminis p. de re p. graualet. **Q**d ergo soleat interdum temptare dñs fidem nostram vt fortior vel gloriosior fiat. euangelici illius centurionis edocemur exemplo. cuius puerum cum sciret vtiq; potestate sermonis sui se dñs curaturum. offerre maluit presentiam corporalem dicens. **E**go venia 7 cura te eum. **S**ed illo banc eius obla

De protectione dei

tionem seruentioris fidei flagrantia su-
pergrediente atq; dicente. Domine non
sum dignus vt in tres sub tectum meuz
sed dic tantum vtro et sanabitur puer
meus. miratur eu3 dominus atq; collan-
dat. cunctisq; illis qui ex israelis popu-
lo crediderat presert dicens. Amē dico
vobis non inueni tantam fidem in isra-
hel. Nulli enim laudis esset ac meriti-
si id in eo christus quod ipse donauerat
preuulisset. Alioquin dixisset. Amē dico
vobis non dedi tantam fidem in israel.
Quam explorationem fidei. etiam in il-
lo magnificentissimo patriarcha dīnaz
legimus dispensasse iusticiam. cum dici-
tur. Et factus est post hec verba tempta-
uit deus abraham. Non enī illam fidez
qua3 ei dñs inspirabat. sed illā q̄ voca-
tus semel atq; illuminat⁹ a domino p ar-
bitriū libertatem poterat exhibere experi-
ri voluit diuina iusticia. Unde non in-
merito fidei eius cōstantia comprobab⁹
atq; ad eum subueniente gratia dei que
cum paulisper subreliquerat vt proba-
ret ita dicitur. Ne inferas manum tuā
in puerum. neq; facias ei quicq; nūc enī
scio quia times dominum tu. et non pep-
cisti filio tuo dilecto propter me. Quod
temptationis genus nob quoq; ad pro-
bationis meritū posse contingere. i de-
teronomio satis euidenter a legislatore p̄-
dicatur. Si surrexerit inter vos propheta
aut qui somnium se vidisse dicat. et
p̄dixerit signum atq; portentum. et eu-
nerit qd locutus est. et dixerit tibi eam⁹
et seruiamus dñs alienis quos ignorat
ne audias vba prophete illius aut som-
natoris. quia temptans temptat te dñs
deus tuus. vtrum diligas eū in toto cor-
de tuo. et custodias mandata illi⁹ an nō.
Quid ergo. Cum istum propheta3 aut
somniauorem surgere permiserit de⁹. ita
ne eos quorum fidem probare disponit
protecturus esse credendus est. vt nullus
penitus locuz quo suis viribus eu3 tem-
ptatore confligant libero eorum refuet
arbitrio. Et quid eos necesse est vel tem-

ptari. quos ita infirmos nouit ac fragi-
les. vt nequa q̄ virtute sua valeant resi-
stere temptatori. Sed vtiq; nec tempta-
ri eos iusticia domini permisisset. nisi pa-
rem in eis resistendi scisset inesse virtutē
qua possent equitatis iudicio in vtroq;
merito vltrei vlt laudabiles iudicari. Ta-
le est et illud quod ab apostolo dicitur.
Itaq; qui se existimat stare videat ne ca-
dat. Temptatio vos nō apprehendat ni-
si humana. Fidelis autem deus qui nō
permittit vos temptari supra id qd po-
testis. sed faciet cum temptatione et exitū
vt sustinere possitis. Cum enī dicit. qui
stat videat ne cadat. sollicitaz reddit ar-
bitriū libertatem. quā vtiq; nonerat per-
cepta gratia. vel stare per industria3. vel
cadere per negligentiam posse. Cum au-
tem inferat. temptatio vos non apprehen-
dat nisi humana. infirmitatem eorum et
inconstantiam nec dum robuste metis
exprobrat. qua adhuc spiritaliuz nequi-
tiarum turbinib⁹ nō poterant impugna-
ri. aduersūq; seipm vel illos pfectos no-
uerat quotidie dimicare. de quibus ad
epheios dicit. Jam non est nobis collu-
ctatio aduersus carnē et sanguinem. sed
aduersus p̄cipatus. aduersus ptates. adu-
sus mundi rector. estenebrarum harum.
contra sp̄italia nequitiē in celestibus.
Cum vero subiungit. fidelis autem de⁹
qui nō permittit vos temptari supra id
quod potestis. non vtiq; optat ne eos
dominus temptari permetteret. sed ne su-
pra id quod sustinere poterant tempta-
rentur. Illud enim indicat humani ar-
bitriū facultatem. hoc vero dñi gratiam
temptationum luctamina moderantis
ostendit. In his igitur omnibus appro-
batur ita semper diuinam gratiam arbi-
trium hominis incitare. vt illud nō in oī-
bus taliter protegat ac defendat. vt non
etiā prop̄ijs eū conatibus congregi ad-
uersum sp̄itales faciat inimicos. in qui-
bus vel gratiā dei victor. vel infirmitatē
suā superatus intelligat. et ita discat nō
de sua fortitudine sed de d̄pino semper

Collatio XIII abbatis Cheremonis

sperare suffragio atque ad suum iugiter recurrere protectorem. Et ut hoc non nostra coniectura sed euidentionibus ad huc scripturæ testimonijs approbetur illud quod in iesu naue legitur retractemus. **H**as inquit gētes dimisit dominus ac disperdere noluit ut in eis experiretur israelites. vtrum custodiret mandata domini dei sui ut haberent consuetudines cum hostibus preliandi. Et ut incomparabili creatoris nostri clementie mortale aliquid non pro equalitate pietatis sed ex aliqua indulgentie similitudine comparemus si nutritrix pia atque sollicita diu sinu paruulum gestat ut quandoque ingredi doceat et primum quidem eum reptare permittit de hinc erectum ut alternis passibus innitatur dextre sue dextere suscipiat at mox paululum derelictus si titubantes viderit protinus apprehendit nutantes suscipit lapsu erigit et vel arceat a casu vel etiam decedere leuiter sinus eleuat per ruinam cum autem eum ad puericiam vel adolefcentie ac iuuentutis perduxerit robur quedam etiam pondera vel labores quibus non opprimatur sed exerceatur iniungit et cum emulis decertare permittit quantum magis celestis ille omnium pater nouit quem sinu gratie sue gesserit et quem libere voluntatis arbitrio in conspectu suo exerceat ad virtutem et tamen adiuuat laborantem exaudit vocantem non reliquit querentem eripit de periculo interdum etiam nescientem.

De multiplici vocationum gratia. ¶ Cap. xv.

Quæque etiam euidenter ostenditur inscrutabilia esse iudicia dei et inuestigabiles vias eius quibus ad salutem humanum attrahit genus. **Q**uæ etiam euangelicarum vocationum exemplis possumus approbare. **A**ndream namque ac **P**etrum ceterosque apostolos nihil de salute sue remedio cogitantes spontanea gratie sue digna

tione prelegit **Z**acheum ad conspectum se domini fideliter extendentem et exiguitates stature sue sycomoræ celsitudine subleuantem non solum suscipit verum etiam benedictione cohabitatiois illustrat. **I**nnitum ac repugnantes attrahit paulum. **A**lii ita precepit sibi inseparabiliter inherere ut ei postulati breuissimas pro sepultura patris non concedat inducias. **C**ornelio precibus et elemosynis iugiter insistenti velut remunerationis vice via salutis ostenditur etique angelis visitatione precipitur ut accersiens petrum verba salutis ab eo quibus vna cum omnibus suis saluaretur agnoscat. **E**t ita multiformis illa sapientia dei salutem hominum multiplici atque inscrutabili pietate dispensat ac secundum capacitatem vniuscuiusque gratias sue largitatis impertit ut ipsas quoque curationes non secundum vniuersam maiestatis sue potentiam sed secundum mensuram fidei in qua vniuersum reperit vel sicut vnicuique ipse partitus est maluerit exercere. **C**redentem namque quod ad emundationem lepre sue voluntas christi sufficeret solo voluntatis sue curauit assensu dicens **V**olo. **M**undare. **A**lteri deprecanti ut adueniens per impositionem manus sue defunctam filiam suscitaret ingressus domum eius eodem modo quo ille sperauerat id quod rogabatur indulgit. **A**lij credenti summam salutis in verbi et preceptione consistere ac respondentem dic tantum verbo et sanabitur puer meus per heremonis imperium resolutos artus pristino robore solidauit dicens **T**ace et sicut credidisti fiat tibi. **A**lij de tactu simbrie eius sperantibus medicinam vbertim sanitatis dona largitus est. **A**liorum morbis medelam rogat indulgit. **A**lij spontaneam prestitit medicinam. **A**lios hortatus est ut sperarent dicens **V**is sanus fieri. **A**lij non sperantibus vltro ingessit auxilium. **A**liorum desideria priusque voluntati eorum satisfacere explorauit dicens **Q**uid vultis ut faciam vobis. **A**lij ignoranti viam qua id quod

De protectione dei

concupierat obtineret benignus ostendit si credideris in quibus videbis gloriam dei. Inter alios ita virtutem curationum affluenter effudit. ut de eis euangelista commemorat. et curauit omnes languidos eorum. Inter alios vero immensa illa beneficiorum christi abyssus ita obturata est ut dicatur. et non poterat inter illos iesus facere virtutes propter incredulitatem illorum. Et ita largitas dei secundum capacitatem humane fidei etiam ipsa formatur. ut huic quidem dicat. secundum fidem tuam fiat tibi. illi vero. vade et sicut credidisti fiat tibi. alij autem fiat tibi sicut vis. et rursum alteri. fides tua te saluum fecit.

De gratia dei eo quod humane fidei transcendat angustias.

Cap. xvi.

Nemo autem estimet hec a nobis ob hoc fuisse prolata. ut nitamur astruere summam salutis in nostre fidei ditione consistere. secundum quorundam profanam opinionem. qui totum libero arbitrio deputantes. gratiam dei dispensari secundum meritum vniuscuiusque desunt. Sed absoluta plane pronunciamus sententiam. etiam exuberare gratiam dei et transgredi interdum humane infidelitatis angustias. Quod in illo euangelico factum fuisse regulo reminiscimur. qui dum facilius credit egrotantem filium suum posse curari. quam mortuum suscitari. presentiam domini festinus implozat dicens. Domine descende priusquam moriatur filius meus. Cuius infidelitatem licet his sermonibus christi arguerit. nisi signa et prodigia uideritis non creditis. tamen non secundum infirmitatem fidei eius gratiam sue diuinitatis exercuit. nec presentiam corporali quod admodum ille crediderat letales febrium mortos. sed uerbo sue potestatis exclusit dicens. Vade filius tuus uiuit. Quam superabundantiam gratie etiam in illius paralitici curatione dominum legimus effudisse. cum ei languoris sui tantum

quo corpus fuerat resolutum remedia poscenti. anime prius ingerit sospitates dicens. Constans esto fili. dimittuntur tibi peccata tua. Post quod non creditibus scribis posse eum remittere humana peccata. ad confundendam incredulitatem eorum. etiam membra eius paraliticos ualitudine resoluta. potestatis sui sermone restrinxit dicens. Quid cogitatis mala in cordibus uestris. Quid est facilius dicere. remittuntur tibi peccata. aut dicere. surge et ambula. Et sciatis autem quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata. tunc ait paralitico. Surge et tolle lectum tuum. et uade in domum tuam. Similiter autem in illo. qui triginta et octo annos iuxta natatorie crepidinem frustra decubens. de aqua illius motu sperauerat medicinam. munificentiam vitronice largitatis ostendit. Nam cum uolens eum ad salutis remedia prouocare dixisset ei. uis sanus fieri. cumque ille de humani adiutorij inopia quereretur ac diceret. hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. incredulitati eius et ignorantie veniam tribuens. pristinae eius sanitati. non illa qua sperauerat. uia. sed qua dominus uoluit miseratioe restituit dicens. Surge tolle lectum tuum. et uade in domum tuam. Et quid mirum si hec domini potestate gesta narratur. cum similia etiam per suos suos diuina gratia fuerit operata. Ingentibus namque templum petro et Johanne. cum ille claudus ex utero matris qui gressum penitus ignorabat elemosinam postulare. illi non uilia era que poscebat infirmus. sed gressus officia largiuntur. et paruissime stipis sperantem solatia in sperate salutis premijs locupletant. dicente petro. Argentum et aurum non est mihi. quod autem habeo hoc tibi do. In nomine iesu christi nazareni. surge et ambula.

Collatio XII abbatis Cheremonis

De inscrutabili dispensatione dei. Cap. xvij.

P Er hec igitur exempla q̄ d̄ euāgelicis protulimus monimentis. evidentissime poterimus adūtere diuersis atq; innumeris modis et inscrutabilibus vijs. Deum salutem humani generis procurare. et quorundam quidem volentium ac sitientium cursum ad maiorem inuitare flagrantiam. q̄sdaz vero etiam nolentes inuitosq; compellere. et nunc quidem vt impleatur ea que vtiliter a nobis desiderata p̄sperit adiuuare. nunc vero etiam ipsius sancti desiderij inspirare principia. et vel initium boni operis vel perseverantiam cōdonare. Inde est q̄ orantes non solum protectorem ac saluatorem. sed etiā adiutorem ac susceptorem dominum proclamam⁹. In eo enim q̄ prior aduocat. et ignorantem nos atq; inuitos attrahit ad salutem. protector atq; saluator. nosser ē in eo autem q̄ annitentibus nobis opem ferre. refugientesq; suscipere ac munire consuevit. susceptor ac refugium nominat. Deniq; hanc dispensationis dei multiplicem largitatem. beatus apostolus mente pertractans. et in quoddā immensu atq; interminabile pietatis dei pelagus se incidisse conspicies. exclamauit. **O** altitudo diuinarum sapientie et scientie dei. q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius. et inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensum domini. Huius ergo scientie admirationem q̄ ille talis ac tantus gētium magister expanit euacuare conabitur. quisq; crediderit illius iestimabilis abyssi profunditatem humana ratione se posse metiri. Nam qui ad plenu dispensationes dei. quibus salutes in hominibus operatur. vel mente concipere vel discernere se posse confidit. proculdubio iugnans apostolice sententie veritates. scrutabilia esse dei iudicia et vestigabiles vias eius. propbana pronuncia.

bit audacia. ipso quoq; domino hec ad eos ita testante. Non enim cogitationes mee cogitationes vestre. neq; vie vře vie mee. dicit dominus. quia sicut exaltantur celi a terra. sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris. et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Hanc igitur dispensationem atq; amorem suum. quem nobis tribuere dominus indefessa pietate dignatur. volens humane affectionis motu exprimere. nec inuenies in hac creatura talem charitatis affectum. cui eum comparare dignus posset. tenerimis pie m̄is visceribus comparauit. et vtitur quidem hoc exemplo. quia carius aliud in natura hominum non potest inueniri. dicens. **Q**uidam obliuisci potest mulier infantem suum. vt nō misereat filio vteri sui. Sed non contentus hac comparatione. transcendit eam. confessi atq; subiungit dicens. **E**t si illa oblita fuerit. ego tamē non obliuiscar tuū.

Definitio patrum eo q̄ liberuz arbitrium ad saluandum non sit idoneum. Cap. xvij.

P Er quod euidenti ratione colligitur ab his qui nō loquacibus verbis. sed experientia duce. vel magnitudinem gratie. vel modulu humani metiuntur arbitrij. quia nō leuibus cursu. nec fortibus prelium. nec sapientibus panis. nec prudentibus diuitie. nec scientibus gratia. sed operatur hec omnia vnus atq; idem spiritus diuidēs vnicuiq; prout vult. **E**t idcirco fide nō dubia. et vt ita dicam palpabili experientia comprobatur. vniuersitatis deū velut pijsimū patrem. benignissimūq; medicum. fm apostolum indifferenter omnia in omnibus operari. et nunc quidem salutis inspirare p̄cipia. et inserere vnicuiq; bone voluntatis ardorem. nūc vero ipsius operationis effectum et consummationes donare virtutū. et nūc a ruina

De protectione dei

iam proxima lapsuq; precipiti etiam inuitos et in scios reuocare nunc autem occasione et oportunitate salutis ingerere ac precipites violentosq; conatus a letalibus dispositionibus inhibere et alios quidem volentes currētesq; suscipere alios vero nolentes renitentesq; pertrahere et ad bona cogere voluntatem. Totum vero non semper resistenti non perseveranter inuitis nobis a diuinitate concedi et summā salutis nostre non operum nostrorum merito sed celestis gratie deputandam ita domini ipsius uocibus edocemur. Et recordabimini uiastrarum et omnium scelerum uestrorum quibus polluti estis in eis et displicebit vobis in conspectu uestro in omnibus malitijs uestris quas fecistis et sciet quod ego dominus enim bene fecero vobis propter nomen meum non enim uias uestras malas neq; enim scelera uestra pessima domus israel. Et idcirco hoc ab omnibus catholicis patribus diffinitur qui perfectionem cordis non inani disputatioe horum sed re atq; opere didicerunt diuini esse muneris. Primum ut accendatur unusquisq; ad desiderandum omne quod bonum est sed ita ut alterutram partem plenam sit libere uoluntate arbitrii. Itaque etiam secundum diuine esse gratie ut effici ualeant exercitia predicta uirtutum sed ita ut possibilitas non extinguatur arbitrii. Tertium quoque ad dei munera pertinere ut acquisite uirtutis perseverantia teneatur sed ita ut captiuitatem libertas ad dicta non sentiat. Sic enim uniuersitatē deus omnia in omnibus credendus est operari ut iacet protegat atq; confirmet non ut auferat quā semel ipse concessit arbitrii libertatem. Si quid sane uersutius humana argumentatione ac ratione collectum huic sensui uideatur obistere uitandum magis est quā ad destructionem fidei prouocandum. Non enim fidem ex intellectu sed intellectum ex fi-

demeremur sicut scriptum est. Nisi credideritis non intelligetis quia quemadmodum et deus omnia operetur in nobis et totum libero ascribatur arbitrio cui dicitur si uolueritis et audieritis me quod bona sunt terre māducabitis ad plenum humano sensu ac ratione non potest ut arbitror comprehendere. Hoc nos beatus cheremon confirmatos cito laborem feceranti itinens non sentire.

Explicit collatio tertia abbatis cheremonis de protectione dei. Incipiunt capitula collationis prime abbatis nesterotis de spiritali scientia. **Cap. i.**

- ¶** **Erba abbatis nesterotis de religiosorum scientia.**
- i De apprehendenda spiritalium rerum cognitione
 - ii Actualis perfectio duplici ratione subsistat.
 - iii Actualis uita erga multas professiones ac studia dirigitur.
 - iv De professionis arrepte perseverantia.
 - vi De infirmorum mobilitate.
 - vii Exemplum castitatis quo docetur non omnia ab omnibus emulanda.
 - viii De spiritali scientia.
 - ix De actuali scientia proficitur ad spiritalem.
 - x De apprehendenda uere scientie disciplina.
 - xi De multiplici intellectu diuinarum scripturarum.
 - xii Interrogatio quomodo possit ad obliuionem secularium carminum perueniri.
 - xiii Responsio quo pacto memoriam eorum possimus abluere.
 - xiiii Quomoda anima neq; trade

pro d. mag. et p. d. mag.

Collatio XIIII abbatis Nesterotis

- re neq; percipere possit scientiam spiritalem.
- xv Obiectio deo q; multi immundi scientiam habeant et sancti non habeant.
- xvi Responsio q; mali scientiam veram habere non possint.
- xvii Quibus ratio perfectionis debeat aperiri.
- xviii Quibus d; causis spiritualis doctrina infructuosa sit.
- xix Plurimq; etiam indigni gratiam salutiferi sermonis accipiant.

Expliciūt capitula.

Incipit collatio prima Abbatis nesterotis de spiritali scientia.

Cap. i.

Responsio

Responsio nostre et itineris ordo compellit. ut abbatis Nesteroti preclari in omnibus summeque scientie viri instructio subsequatur. Qui cum scripturarum nos aliqua memorie commendasse et eorum intelligentiam desiderare sensisset. talibus nos adorsus est verbis. Multa quidem scientiarum in hoc mundo sunt genera. tanta siquidem earum quanta et artium disciplinarumque varietas est. Sed cum omnes aut omnino inutiles sint. aut presentis tantum vite commodis profint. nulla est tamen que non habeat propriam doctrine sue ordinem atque rationem. per quam ab expectantibus possit attingi. Si ergo ille artes ad insinuationes sui certis ac propriis lineis diriguntur. quanto magis religionis

nostre disciplina atque professio. que ad contemplanda inuisibilium sacramentorum tendit archana. nec presentis questus. sed eternorum retributionem expectit premiorum. certo ordine ac ratione subsistit. Cuius quidem duplex est scientia. Prima practice. id est actualis que emendatione morum et viciorum purgatione perficitur. altera theoretice. id est. que in contemplatione diuinarum rerum et sacratissimorum sensuum cognitione consistit.

De apprehendenda spiritalium rerum cognitione.

Cap. ij.

Quisquis igitur ad hanc theoreticam volu erit pervenire. necesse est ut omni studio atque virtute actuali primam scientiam consequatur. Nam si practice absque theoretice possideri potest. theoretice vero sine actuali omnimodis apprehendi non potest. Gradus enim quidam ita ordinati atque distincti sunt. ut humana humilitas possit ad sublime conscendere. qui si invicem sibi ea que diximus ratione succedant. potest ad altitudinem perveniri. ad quam sublato primo gradu non potest transuolari. Frustra igitur ad conspectum dei tendit. que viciorum contagia non declinat. Spiritus namque dei effugiet fictus. nec habitabit in corpore subdito peccatis.

Actualis perfectio duplici ratione subsistat.

Cap. iij.

Hec autem actualis perfectio duplici ratione subsistit. Nam primus eius modus est. ut omnium natura viciorum et curationis ratio cognoscatur. Secundus ut ita discernatur ordo virtutum. earumque perfectione mens nostra formetur. ut illis non iam velut coacta. et quasi violente imperio subiecta famuletur. sed tamquam naturali bono de-

De spiritali scientia

lectetur atq; pascatur. 7 ardua illa atq;
angustam viam cum oblectatione con-
scendat. Quo ei modo. vel virtutū ratio-
nem qui secundus in actuali disciplina
gradus est. vel rerum spiritalium et cele-
stium sacramenta. que in theorie gradu
sublimiore consistūt. valebit attingere. q̄
naturam viciorum suorum nec potuit in-
telligere nec nisus ē extirpare. Cōsequē-
ter enim pronuntiabitur progredi ad ex-
celliora non posse. qui non euicent pluri-
ora. multoq; minus ea que sunt extrinse-
cus apprehendit. quib; intelligere ea q̄
sibi sunt inserta non quiverit. Sciendū
tamen est. duplici nobis laboris intenti-
one sudandum. tam in expellēdis vicij;
q̄ in virtutibus acquirendis. Et hoc n̄
nostra capimus cōiectura. sed illius sen-
tentia p̄docemur. qui solus opificij sui
vires rationemq; cognoscit. Ecce inq̄t
constitui te hodie super gentes 7 super re-
gna. vt euellas 7 destruas et disperdas
et dissipēs 7 edificēs 7 plantes. In expul-
sione enim noxiarum rerū quattuor eē
necessaria designauit. id est euellere. de-
struere. dissipere. dissipare. In pficien-
dis v̄o virtutibus. et his que ad iusticiā
pertinent acquirendis. edificare tantū
modo atq; plantare. Unde liquido pa-
tet difficult? puelli atq; eradicari inolitas
corporis atq; animę passionēs. q̄ spirita-
les extrui plantariq; virtutes.

¶ Actualis vita erga multas p- fessiones ac studia diriuetur.

¶ Cap. iij.

Hec igitur practice que duobus
vt dictū est subsistit modis. er-
ga multas professiones studia
q; diuiditur. Quidam enī summā intē-
tiōis sue erga heremi secreta 7 cordis cō-
sistunt puritatem. vt in preteritis heli-
am 7 heliseum. nostrisq; temporibus be-
atum antonium. aliosq; eiusdem propo-

siti sectatores. familiarissime deo per silē-
tium solitudinis cohesisse cognoscimus.
Quidam erga institutionem fratru; 7
peruigilem cenobiorum curam. omnem
studij sui sollicitudinem. viderūt. vt nu-
per abbatem Iohannem qui in vicinia
ciuitatis cui nomen est thimius. grandi
cenobio p̄fuit. ac nōnullos eiusdē me-
riti viros apostolicis etiam signis clarū
isse meminimus. Quosdā xenodochij
et suscepcionis p̄m̄ delectat obsequiū.
per quod etiam in preteritis Abraham
patriarcham 7 Loth domino placuisse
scimus. et nuper beatum machariū sin-
gularis mansuetudinis ac patientie vi-
rum. qui xenodochio ita apud alexātri-
am p̄fuit. vt nulli eorum qui solitudi-
nis secreta sectati sunt. inferior sit creden-
dus. Quidam eligentes egrotantiū cu-
ram. alij intercessionem que pro miseris
atq; oppressis impenditur exequentes.
aut doctrine instantes. aut elemosynam
pauperibus largiētes. inter magnos ac
summos viros. pro affectu suo ac pieta-
te vigerunt.

¶ De professionis arrepte perfe- uerantia.

¶ Cap. v.

Quia propter hoc vnicuiq; vtilē
atq; conueniens est. vt fm pro-
positum quod elegit. sine grati-
am quam accepit. summo studio ac dili-
gentia ad operis arrepti perfectionem p-
uenire festinet. et aliorū quidem laudēs
admirāsque virtutes. neq; q̄ a sua quā se-
mel elegat professione dilcedat. sciēs fm
apostolum vnum quidem esse corpus ec-
clesie. multa autēz membra. 7 habere eā
donationes fm gratiam que nobis da-
ta est differentes. siue prophetia; fm ra-
tionem fidei. siue ministeriū in ministrā-
to. siue q̄ docet i doctrina. siue q̄ exhortat
in exhortatiōe. q̄ tribuit i simplicitate. q̄
pest i sollicitudine. q̄ miseret i hilaritate.

Collatio XIII Abbatis Resterotis

Rec enim vlla membra aliorum sibi mē
brozum possunt mīsteria vendicare. q̄a
nec oculi manuz nec nares aurū vtū
tur officio. et idcirco non omnes aposto
li. non omnes prophete. non omnes doc
tores. non omnes gratias habent cura
tionum. non omnes linguis loquūtur.
non omnes interpretantur.

De infirmorum mobilitate.

Cap. vi.

Solent enim hi qui nec dū sunt
in illa quā arripuerūt professio
ne fundati. cum audierit quos
dam in diuersis studijs ac virtutibus
predicari. ita eorum laude succendi. vt
imitari eorum protinus gestiāt discipli
nam. in quo irritos necessario impendit
conatus humana fragilitas. Impossis
bile nam q̄ est vnum eūdemq̄ homines
simul vniuersis quas superius compre
hendi fulgere virtutibus. Quas si quis
voluerit pariter affectare. in id eum inci
dere necesse est. vt dum omnes sequitur
nullam integram consequatur. magisq̄
ex hac mutatione ac varietate dispendi
um capiat q̄ profectum. Multis enim
vijs ad deū tenditur. et ideo vnusq̄sq̄
illā quā semel arripuit irrenocabili cur
sus sui intentiōe cōficiat. vt sit in q̄libet
professione perfectus.

Exemplus castitatis quo doce tur nō omnia ab omnibus emu landa.

Cap. vii.

Alsq̄ illo dispendio quo ferri
monachum diximus. qui mobi
litate mētis ad studia cupit trās
ire diuersa. etiam hinc periculum mori
incurritur. quod nō nunq̄ recte queda
ab alijs gesta. malo ab alijs presumunt
exemplo. et que nōnullis bñ cesserant p
nicioſa ab alijs sentiuntur. Quā vt q̄d
dam exempli gratia proferamus. velut
si quis illam viri illius imitari virtutem
velit. quā solet abbas Johannes. nō ad
imitationis formulam. sed tantūmodo

pro admiratione proferre. Nam quidā
veniens ad predictū senem habitu secu
lari. cum ei quāsdam frugum suarū pri
mitias retulisset. ferocissimo quendam
demonio arreptum ibidē reperit. Qui
cum abbas iohannis obtestatiōes ac p̄
cepta respiciens. testaret se nunq̄ ad il
lius imperium de corpore quod obsede
rat migraturum. huius aduentu perter
ritus. cum reuerentissima nominis illius
inclamatione discessit. Cuius taz euidē
dentem gratiam senex non mediocriter
admiratus. eoq̄ amplius obstupescens
q̄ eum seculari cereret habitu. cepit ab
eo vite ac p̄fessionis eius ordine diligē
ter inquirere. Cum q̄ ille secularem se at
q̄ vxorio vinculo colligatum esse dixis
set. beatus Johannes excellentiam vir
tutis eius et gratie mente pertractans. q̄
nam illi esset conuersatio attētius explo
rabat. Ille se rusticū. et quotidiano ma
nuu opere victum querere. nec vlli bo
ni esse se consciū testabatur. nisi q̄ nun
q̄ ante ad rurs opera mane exercēda. p
cederet. neq̄ vespere domū reuenteretur.
nisi in ecclesia pro quotidiane vite cōme
atu largitori eius deo gratias retulisset.
neq̄ se vnq̄ de fructibus suis aliqd vsur
passe. nisi prius deo primitias eorum ac
decimas obtulisset. et nūq̄ se boues su
os per alienem messis traduisse confiniū.
nisi eorum prius ora clausisset. ne vel pa
rum damni per incuriaz eius proximus
sustineret. Et cum hec quoq̄ abbas Jo
hanni. necdum ad comparationem tan
te gratie qua cum prelatus sibi esse cer
nebat. idonea viderentur. atq̄ ab eo
quid nam esset illud quod tante gratie
meritis conferri posset sciscitans. scruta
retur. illereuerentia tam sollicita inqui
sitionis astrictus. vxorem se parentum
vi imperioq̄ compulsam cum profiteri
monachum vellet ante vndecim annos
accepisse confessus est. quā nemine etiaz
nunc conscio sororis loco a se virginem

De spiritali scientia

custodiri testabatur. Quod factum euz
audisset senex tanta est admiratiōe per/
motus. vt coram ipso publice proclama/
ret. Non immerito demonem qui se de/
spererat illius non tolerasse presentiam.
cuius ipse virtutem non solum in iuuen/
tutis ardore. sed ne nunc quidē sine dis/
crimine castitatis auderet appetere. **Q**
factum abbas iohānes licet summa ad/
miratione pretulerit. tamen neminē mo/
nachorum vt experiretur hortatus est. sci/
ens multa recte ab alijs gesta. magnam
alijs imitantibus intulisse perniciē nec
vsurpari ab omnibus posse. quod pau/
cis dominus speciali munere ptulisset.

De spiritali scientia. Cap. viij.

Ed ad expositionem scientie de
qua sumptum est sermonis ex/
ordium reuertamur. Itaq; sic
superius diximus practice erga multas
p̄fessiones ac studia dirigitur. **T**heore/
tice vero in duas diuidit partes. id est. i
hystorica interpretationem. et intelligē/
tiam spiritalem. **U**nde etiam Salomō
cum ecclesie multiformē gratiam enume/
rasset adiecit. **O**mnēs enim qui ap̄deaz
sunt vestiti sunt dupliciter. **S**piritalis
autem scientie genera sunt tria. tropolo/
gia. allegoria. anagoge. de quibus in p.
uerbijs ita dicitur. **T**u autēz describe tibi
ea tripliciter. super latitudinē cordis
tui. Itaq; hystoria preteritarum ac visi/
bilitatū agnitionem complectitur rerū.
que ita ab apostolo replicatur. **S**criptū
est enim. quia abraham duos filios ha/
buit. vnum de ancilla. et alium de libe/
ra. sed qui de ancilla fm̄ carnem natus
est. qui autem de libera per re-promissio/
nē. **A**d allegoriā autēz pertinet que sequū/
tur. quia ea que in veritate gesta sunt. al/
terius sacramenti formā p̄figurasse di/
cuntur. **H**ec enim inquit sunt duo testa/
menta. **A**mū quidem de monte syna. in

seruitutem generans. quod est agar. **S**y/
na enim mons est in arabia. qui compa/
ratur huic q̄ nunc est hierusalem. et fuit
cum filijs suis. **A**nagoge x̄o de spiritali
bus misterijs ad sublimiora quedam et
sacriora celorum secreta conscendens.
ab apostolo ita subiicitur. **Q**ue autē sur/
sum est hierusalem libera est. que est mat̄
nostra. **S**criptum est enim. **L**etare steri/
lis que nō paris. erumpe et clama q̄ nō
parturis. quia multi filij deserte maḡ q̄
eius que habet virum. **T**ropologia est
moralis explanatio. ad emendationē vi/
te et instructionem pertinens actualē.
velut si hec eadem duo testamenta intel/
ga m̄ practice et theoretice disciplinā.
vel certe si hierusalem aut syon aīaz ho/
minis velimus accipere. fm̄ illud. **L**au/
da hierusalem dominum. lauda deū tu
um syon. **I**gitur predicte quattuor figurę
in vnū ita si volumus p̄fluūt. vt vna
atq; eadem hierusalem quadrifariā pos/
sit intelligi. fm̄ hystoriam ciuitas inde/
orum. fm̄ allegoriam ecclesia christi. fm̄
anagogen ciuitas dei illa celestis que est
mater omnium nostrum. fm̄ tropologiā
anima hominis que frequenter hoc noīe
aut increpatur aut laudatur a domi/
no. **D**e his quattuor interpretationum
generibus beatus **A**postolus ita dicit.
Quoniam autem fratres si venero ad vos li/
guis loquens. quid vobis prodero. nisi
vobis loquar. aut in reuelatione aut in
scientia. aut in prophetia. aut in doc/
ctrina. **R**euelatio namq; ad allegoriam
pertinet. per quā ea que tegit hystorica
narratio. spiritali sensu et expositione re/
ferantur. vt verbi gratia. si illud aperire
temptemus. quemadmodum patres no/
stri omnes sub nube fuerint. et oēs in mo/
yse baptizati sint in nube et in mari. et quē
admodum omnes eandem escā et spirita/
lem māducauerint. et eūdem spiritalem de/
sequenti petra biberint potū. petra autēz
erat christus. **Q**ue expositio p̄figurationi

Collatio XIII Abbatis Resterotis

corporis et sanguinis christi quem quoti-
die sumimus comparata allegorie con-
tinet rationem. Scientia vero que simi-
lit ab apostolo memorat tropologia e-
qua vniuersa que ad discretionem per-
tinent actualem. vtrum vilia vel hones-
ta sint prudenti examinatione discerni-
mus. vt est illud. Cum apud nosmetip-
sos iudicare precipimur. vtrum deceat
mulierem non velato capite orare deus.
Que ratio vt dictu e moralez continet
tellectum. Ite prophetia qm tertio apo-
stolus intulit loco anagogen sonat. per
qua ad inuisibilia ac futura sermo tras-
fertur. vt est illud. Nolumus autem vos
ignorare fratres de dormientibus. vt no cotri-
stemini sicut et ceteri qui spem no habent
Si eni credimus q christus mortuus est
et resurrexit. ita et deus eos qui dormierit
p iesum adducet cu eo. Hoc eni vob di-
cimus in verbo domini. quia nos qui vi-
uimus. qui residui sumus. i aduentu do-
mini non preueniemus eos qui dormie-
runt i christo. qm ipse dominus i iussu et i
voce archangeli. et in tuba dei descendet
de celo. et mortui qui in christo sunt res-
surgent primi. Quia exhortationis specie
anagoges figura presert. Doctrina ho
simplicem hystorice expositionis ordinem
padit. in qua nullus occultior intellectus
nisi qui verbis resonat continetur. sicut
est illud. Tradidi enim vobis in primis
quod et accepi. qm christus mortuus est
pro peccatis nostris. fm scripturas. et or-
sepultus. et q resurrexit etia die fm scri-
pturas. et q visus e cephe. Et misit deo fili-
um suum factum ex muliere. factum sble-
ge. vt eos q sub lege erat redimeret. Si
ne illud. Audi israel. dominus deus tuus
deus vnus est.

**De actuali scientia proficia-
tur ad spiritalem. Cap. ix.**

Quia propter si vobis cura e ad
spiritalis scientie lumen. non

inanis iactantie vicio. sed emendatio-
nis gratia peruenire illius primum bea-
titudinis cupiditate flammamini. de q
dictum est. Beati mundo corde. quoni-
am ipsi deum videbunt. vt etiam ad illa
de qua angelus ad danielis ait. perueni-
re possitis. qui autem docti fuerint. fulge-
bunt sicut splendor firmamenti. et qui
ad iusticiam erudiunt multos. quasi stel-
le imperpetuas eternitates. Et in alio p
pheta. Illuminate vobis lumen scientie
dum tempus est. Tenetes ita q illa qua
habere vos sentio diligenta lectiois. om-
ni studio festinate actualis. id est ethica.
q primus ad integrum comprehendere
disciplinam. Absq hac nanq illa qua
diximus theoretica puritas non po-
test apprehendi. qua hi tantus qui n alio-
rum doctum verbis. sed propriorum
actuum virtute perfecti sunt. post mstra
operum ac laborum stipendia. iam qua-
si in premio consequuntur. Non eni a me-
ditatione legis intelligentiam. sed d fru-
ctu operis acquirentes. cum psalmogra-
pho canunt. Mandatis tuis intellexi. Et
excoctis passionibus vniuersis fiducia-
liter dicunt. Psallam et intelliga in via
immaculata. Ille enim psallens intelli-
git que canuntur. qui in via immacula-
ta gressu puri cordis innititur. Et idcir-
co si scientie spiritualis sacrum in corde ve-
stro vultis tabernaculum preparare. ab
omniu vobis viciornz contagione purga-
te. et curis seculi presentis exuite. Impos-
sibile namq est animas que mundanis
vel tenuiter distentionibus occupantur.
donum scientie promereri. vel generatri-
cem spiritualium sensuum. aut tenaces sa-
crarum lectionum fieri. Observate igit
in primis. et maxime tu iobanes. cui ma-
gis ad custodienda hec que dicturus su
etas adhuc adolescentior suffragat. ne
studium lectiois ac desiderij tui labor va-
na elatione cassetur. vt inducas summum
ori tuo silentium. hic est enim primus

De spiritali scientia

discipline actualis ingressus omnis quod per labor hinc in ore ipsius et ut omnium seniorum instituta atque sententias intento corde et quasi in tuto ore suscipias ac diligenter in pectore tuo pendens ad perficienda ea potius quam ad docenda festines. Ex hoc enim cenodone perniciose presumptio ex illo autem fructus spiritalis scientie pullulabunt. Nihil ita quam in collatione seniorum proferre an deas nisi quod in interrogare te aut ignorantia nocitura aut ratio necessarie cognitionis impulerit nisi ut quidam vane glorie amore distenti pro offeratione doctrine ea que optime noverunt interrogare se simulant. Impossibile est enim qui proposito acquirere laudis humane studio lectionis insistit donum vere scientie promereri. Nam qui hac passione devictus est necesse est ut alijs quibus et maxime superbie vicis obligetur et ita in actuali atque ethica congressione prostratus scientiam spiritalem que ex ea nascitur minime consequetur. Esto ergo per omnia citus ad audiendum tardus autem ad loquendum ne cadat in te illud quod notatur a salomone. Si videri verum velocem in verbis scito quia spem habet insipiens magis quam ille. Nec quecumque verbis docere presumas quod opere ante non feceris. Hunc enim nos ordinem tenere debere etiam exemplis suis dominus noster instituit de quo ita dicitur que cepit iesus facere et docere. Cave ergo ne ante actum prosiliens ad docendum in illorum numero deputeris de quibus in euangelio dominus ad discipulos suos loquitur. Que dicunt vobis servate et facite similia opera vero eorum nolite facere dicunt enim et non faciunt. Alligant autem onera gravia et inportabilia et imponunt ea super humeros hominum ipsi autem digito suo nolunt ea movere. Si enim ille qui unum mandatum minimum soluens docuerit sic homines minimus vocabitur in regno celorum qui multa et maiora negligens docere presumpserit consequens profecto est

ut non iam minimus in regno celorum sed in gehenne supplicio maximus habeatur. Et ideo cavendum tibi est ne illorum ad docendum inciteris exemplis qui peritiam disputandi ac sermonis affluentiam consecuti quia possunt ea que voluerint ornate copioseque disserere scientiam spiritalem possidere creditur ab his qui vim eius et qualitatem discernere non noverunt. Aliud namque est facilitatem oris et nitorem habere sermonis et aliud venas ac medullas celestium intrare dictorum ac profunda et abscondita sacramenta purissimo cordis oculo contemplari quod nullatenus humana doctrina nec eruditio secularis sed sola puritas mentis per illuminationem sancti spiritus obtinebit.

De apprehendenda vere scientie disciplina. Cap. x.

H Estinandum igitur tibi est si ad veram scripturarum vis scientiam pervenire ut humilitate cordis immobile primitus consequaris que te non ad illam que inflat sed ad eam que illuminat scientiam charitatis consummatione perducatur. Impossibile namque est immundam mentem donum scientie spiritualis adipisci. Et idcirco omni cautione devota ne tibi per studium lectionis non scientie lumen nec illa perpetua que per illuminationem doctrine promittitur gloria sed instrumenta perditionis arrogantie vanitate nascantur. Deinde tibi est omnimodis enitendum ut expulsa omni sollicitudine et cogitatione terrena assiduam te ac potius in gem sacre prebeas lectioni donec continua meditatio imbuat mentem tuam et quasi in similitudinem sui formet archam quodammodo ex ea faciens testamenti habentem in se scilicet duas tabulas lapideas id est duplici instrumenti perpetua firmitate ut non quibus aureas sed est memoriam puram atque sinceram que recondita in semanna

Collatio XIII Abbatis Nesterotis

perpetua tena citate conseruet. spiritualium
lecturam et angelici illius panis per
ennem celestemque dulcedinem. necnon etiam
virgam aaron. id est summi verique ponti
ficis nostri iesu christi salutare. ex illius
immortalis memorie semper viriditate
frondescentis. Hec namque est virga que
postea quod radice yesse succisa est. viuaque
mortificata renouescit. Hec autem omnia
duobus cherubin. id est. hystorice et spi
ritualis scientie plenitudine protegentur.
Cherubin enim interpretatur scientie mul
titudine. que propiciatorium dei. id est pla
ciditatem pectoris tui in giter protegent.
et a cunctis spiritualium nequitiarum in
curisibus obumbrabunt. Et ita mens tua
non solum in archam diuini testamenti
verum etiam in regnum sacerdotale pro
uecta. per indissolubilem puritatis affe
ctus. quodammodo absorpta spiritualibus
disciplinis. illud implebit pontificale ma
datum. quod a legislatore ita precipitur.
Et de sanctis non egredietur. ne polluat
sanctuarium dei. id est cor suum. in quo
giter habitaturum se dominus re promittit
dicens. Inhabitato in eis. et inter illos
ambulabo. Quamobrem diligenter memo
rie commendanda est. et incessabiliter recen
senda sacrarum series scripturarum. Hec
etenim meditationis iugitas duplicem
nobis conferet fructum. Primum quod dum in
legendis ac parandis lectionibus occu
patur mentis intentio. necesse est ut nul
lis noxiarum cogitationum laqueis capti
uetur. deinde quod ea que creberrima repe
titione percurra. dum memorie tradere
laboramus. intelligere id temporis obliga
ta mente non quimus. postea ab omnium ac
tuum ac visionum illecebris absoluti. pro
cipueque nocturna meditatione taciti re
uolutes. clarius intuemur. ita ut oculi
tissimorum sensuum quos ne tenui quidem
vigilantes opinione perceperimus. qui
escendentibus nobis. et vel soporis stupore
demersis. intelligentia reuelentur.

De multiplici intellectu diuina

rum scripturarum.

Cap. xi.

Quod Rescente autem per hoc studium
innouatione mentis nostre. etiam
scripturarum facies incipiet in
nouari. et sacratiois intelligentie pulchri
tudo quodammodo cum proficiente pro
ficiet. Pro capacitate enim humanorum
sensuum. earumque species coaptat.
et vel terrena carnalibus. vel diuina spi
ritualibus apparebit. ita ut hi quibus an
tea videbatur crassis quibusdam nebu
lis inuoluta. nec subtilitatem eius depre
hendere. nec fulgorem valeant sustinere.
Sed ut hoc ipsum quod astruere nitimur
aliquo clarius pandatur exemplo.
vnum legis testimonium protulisse suf
ficiat. per quod etiam omnia precepta ce
lestia secundum mensuram status nostri ad om
ne hominum genus probemus extendi.
Scriptum est in lege. Non fornicaberis. Hoc
ab homine carnalium adhuc obscenita
tum passionibus obligato secundum sim
plicem literarum sonum salubriter custodi
tur. Ab eo autem qui iam ab hac actio
ne lutulenta et impuro discessit affectu.
necesse est id ipsum spiritualiter observa
ri. ut scilicet non solum a cerimonis ido
lorum. sed etiam ab omni superstitione
gentilium et auguriorum. omniumque si
gnorum et dierum ac temporum obser
uatione discedat. vel certe ne quorundam
verborum aut nominum coniecturis. que
sinceritatem fidei nostre polluant impli
cetur. Hac enim fornicatione etiam hieru
salem dicitur consummata. que fornicata
est in omni colle sublimi. et sub omni li
gno frondoso. Et quam dominus iterum in
crepans per prophetam. Stent inquit
et saluet te augures celi qui contemplantur
sidera. et supputabant menses. ut ex
eis annuntiarent ventura tibi. De qua
fornicatione et alibi arguens eos domi
nus ait. Spiritus fornicationis recepit eos.
et fornicati sunt a deo suo. Quisquis vero

De spiritali scientia

a gemina hac fornicatione discesserit habebit tertiam quam deuitet. que in legi et iudaismi superstitionibus continetur. De quibus apostolus. Dies inquit obfutatis et menses et tempora et annos. Et iterum. Ne tetigeris neque gustaueris neque protrectaueris. Que de superstitionibus legis dicta esse non dubium est in quibus si quis incidit perculdubio mechat a christo ab apostolo non meretur audire. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. Illud ad eum quod sequitur voce eiusdem apostoli dirigitur. Timeo autem ne sicut heres seduxit eum a simplicitate que est in christo iesu. Quod si immudicia huiusmodi fornicationis effugerit habebit quartam que heretici dogmatis adulterio perperat. De qua idem beatus apostolus. Ego inquit scio quia post discessionem meam intrabunt lupi graues in vos non parcentes gregi et ex vobis ipsis surgent viri loquentes peruersa ut abducant discipulos post se. Hanc etiam qui potuerit declinare cauet at ne stultiore peccato in fornicationis vitium collabatur. Quod scilicet in cogitationum peruagatione consistit quod omnis cogitatio non solum turpis sed etiam ociosa et a deo quantumtulum cumque discedens a perfecto viro immunissima fornicatio deputatur.

Interrogatio quomodo possit ad obliuionem secularium carminum perueniri.

Cap. xij.

Dermanus. Ad hoc ego occulata primam compunctioe permotus ac deinde grauius ingemiscens hec inquam omnia que copiosissime digessim maiora mihi intulerunt desperationis angustia quam hactenus sustinebam. Quippe cui propter illas generales anime captiuitates quibus non dubito infirmos quosque pulsari extrinsecus spirituale impedimentum salutis accedit per illam quam tenuiter videoz attigisse noticiam literarum in qua me ita vel instantia pedagogi vel continue lectionis maceravit intentio ut nunc mens mea poetici velut illis infecta carminibus illas fabularum nugas historiaeque belloz qui

bus a parvulo primis studiorum imbutus est rudimentis orationis etiam tempore meditationis psallentis vel pro peccatorum indulgentia supplicanti aut impudens poematum memoria suggeratur aut quasi bellantium herou ante oculos imago verset. taliumque me fantasmatum imaginatio spiritus illudens ita mentem meam ad supremos intuitus aspirare non patitur ut quotidianis fletibus non possit expelli.

Responsio quo pacto memoriam eorum possimus abluere.

Cap. xij.

Desteros. De hac ipsa re vnde tibi purgationis maxima nascitur desperatio citum satis atque efficacem remedium poterit oboriri si eandem diligentiam atque instantiam quam te in illis secularibus studiis habuisti ad spiritualium scripturarum volueris lectionem meditationemque transferre. Necessesse est enim mentem tuam tamdiu illis carminibus occupari quamdiu sibi aliqua que intra semetipsam recolat simili studio et assiduitate conquirat ac pro illis infructuosis atque terrenis spiritualia atque divina pertrahat. Que cum profunde alteque conceperit atque in illis fuerit enutrita vel expelli potest sensus poterit vel penitus aboleri. Macare enim cunctis cogitationibus humana mens non potest et ideo quamdiu spiritualibus studiis non fuerit occupata necesse est eam illis que pridem didicit implicari. Quod diu enim non habuerit que recurrat et indefessos exerceat motus necesse est ut ad illa quibus ab infantia imbuta est collabatur eaque semper renouat que longo usu ac meditatione precepit. Attingitur si in te scia spiritualis perpetua soliditate roboret nec ea iam temporarie persuasione sicut illi qui eam non suo studio sed aliena relatione contingunt et velut aerio ut ita dixerim odore percipiunt sed ut sensibus tuis inuiserata quodammodo et per spectata atque palpata cedatur illud omni obfutantia custodire te conuenit ut etiam si ea que optime nosti forte audieris in collatione preferri non ex hoc quod tibi iam no-

Collatio XIII Abbatis Resterotis

ta sunt aspernanter fastidioseque suscipi-
as. Sea cordi tuo illa auaritate comen-
des. qua debent desiderabilia salutis
ba. vel aures nostris indefinenter infun-
di. vel de nostro ore ingiter proferri. **Q**
uis enim adhibeat sanctarum rerum crebra
narratio. nunquam tamen a se sitim vere scien-
tie sustinere. satietas generabit horrore.
sed ea quotidie velut noua ac desidera-
ta suscipiens. quanto frequentius hause-
rit. tanto auaridius vel audiet vel loquetur.
et confirmationem potius percepte scien-
tie ex eorum repetitione quam vllum ex frequen-
ti capiet collatione fastidium. Euidens
namque est tepide ac superbe mentis indi-
cium. si verborum salutarium medicina.
quibus studio nimie assiduitatis ingestam.
fastidiose negligenterque suscipiat. Anima
enim que in satietate est fami illudit. an-
te autem egenti etiam amara dulcia videntur.
Si itaque hec diligenter excepta. et in re-
cessu mentis condita atque indicta fuerit
taciturnitate signata. postea ut vina quod-
dam suauis olea et letificata cor hominis. cum
sensum caritatis et patientie fuerit vetustate
decocta. cum magna sui fragrantia de va-
se tui pectoris proferentur. et tanquam pen-
nis fons de experientie venis et irriguis
virtutum meatibus redundabunt. fluen-
taque continua velut de quadam abyssu
tui cordis effundent. **E**ueniet namque in-
te illud quod in proverbijs ad illum dicitur.
qui hec opere presumant. **B**ibe aquas de
tuis vasis et de puteorum tuorum fonte. su-
perfluant tibi aque de tuo fonte. in tu-
as autem plateas pertrahantur aque tue. ac-
cipiam ysaias prophetam. eris quasi ortus
irriguus. et sicut fons aquarum cui non
deficient aque. et edificabuntur in te de-
serta a seculis. fundamenta generacionis
et generacionis suscitabis. et vocaberis edi-
ficator sepium. auertens semitas iniqui-
tatum. **I**lla etiam tibi beatitudo proue-
niet. quam idem propheta permittit. **E**t non
faciet dominus auolare a te ultra doctorem
tuum. et erunt oculi tui videntes precepto-
rem tuum. et aures tue audient verbum possi-

tergum mouentis. **H**ec via ambulate in
ea. neque ad dexteram neque ad sinistram.
Atque ita fiet ut non solum omnis directio
ac meditatio cordis tui. verum etiam cum
eueagationes atque discursus cogitatio-
num tuarum. sint tibi diuine legis sanc-
ta et incessabilis ruminatio.

Quammoda anima neque tradere
neque percipere possit scientiam
spiritalem. **C**ap. xiiii.

Non possibile est autem hec sicut pra-
fati sumus in expertis. quaequam
vel agnoscere vel docere. **N**am
qui ne ad percipiendum quidem capax
est. quomodo erit idoneus ad tradendum.
De quibus tamen etiam si aliquid doce-
re presumpserit. inefficax proculdubio et
inutilis. usque ad aures tantummodo au-
dientium eius sermo perueniet. cor autem
eorum penetrare non poterit. inertia ope-
rum. et infructuositate suae proditus va-
nitatis. quia non de thesauro bone promi-
tur conscientie. sed de inani iactantiae pre-
sumptione. **I**mpossibile namque est in un-
dam aiam quantalibet desudauerit le-
ctionis instantia. adipisci scientiam spi-
ritalem. **N**emo enim in vas fetidum atque
putridum siue corruptum. vngentum ali-
quod nobile aut mel optimum. aut precio-
si quicquam liquoris infundit. **F**acilius enim
quibus odoratissimum miribus semel horre-
dis imbuta fetoribus testa contaminat-
que. ut aliquid ex eo suauitatis aut gratie
ipsa concipiat. quia multo citius munda
corruptuntur quam corrupta mundantur.
Ita igitur et vas pectoris nostri nisi prius fuerit
ab omni fetidissima viciorum contagio-
ne purgatum. non merebitur suscipere il-
lud benedictionis vngentum. de quo dicitur
per prophetam. **S**icut vngentum in capi-
te quod descendit in barbam aaron. quod
descendit in ornam vestimenti eius. nec il-
lam scientiam spiritalem et eloquia scri-
pturarum. quae dulciora sunt super mel et
fauum impolluta seruabit. **Q**uae enim parti-
cipatio iusticie cum iniquitate. **A**ut que
societas luci cum tenebris. **Q**uae autem puritas

De spiritali scientia

christi ad bestial.

Obiectio de eo quod multi imūdi scientiam habeant et sancti nō habeat. **Cap. xv.**

Sermanus. Diffinitio ista nequaquā videtur nobis veritate fulciri. aut probabili ratione subnixā. Cum enim omnes qui fidem christi aut nequaquā suscipiunt. aut ipia dogmata pravitate corrumpunt. immūdi cordis esse manifestum sit. quō multi in deorum atque hereticorum. vel etiam catholicorum qui diversis vicij inuoluntur. perfectam scripturarum scientiam consecuti. de spiritali doctrine magnitudie glorientur. et contra sanctorum viroz innumera multitudo. quozū cor ab omni peccatorum contagione purgatum est. simplicis fidei pietate contenta. profundioris scientie ignorat archana. Quemadmodū ergo stabit ista sententia. quod scientiam spiritalem soli cordis tribuit puritati.

Responsio quod mali scientiam veram habere nō possunt. **Cap. xvi.**

Alieros. Haud recte virtutem diffinitionis explorat. qui nō omnia diligenter plate sententie verba ppedit. **P**rediximus namque huiusmodi homines disputandi tantū habere peritiam et elocutionis ornatu. ceterum scripturarum venas et archana spiritalium sensuum intrare nō posse. **E**tenim vera scientia nō nisi a veris dei cultoribus possidetur. quā is utique non habet cui dicitur. **A**udi popule stulte quod non habes cor. qui habetis oculos et non videtis. et aures et non auditis. **E**t iterū. **Q**uod tu scientiam repulisti. et ego repellam. tene mihi sacerdotio fungaris. **C**um enim in christo omnes thezauri sapientie et scientie absconditi esse dicantur. quomodo is qui christum inuenire contempsit. aut inuentū sacrilego ore blasphemat. aut certe catholicam fidem immūdis operibus polluit. veram scientiam assecutus esse credendus est. **S**piritus enim dei effu-

giēt fictum. nec habitabit in corpore subdito peccatis. **N**ō ergo alias ad scientiam spiritalem nisi hoc ordine peruenit. quem vnus prophetarum eleganter expressit d. **S**eminate vobis ad iustitiam. metite spes vite. illuminate vobis lumē sciē. **P**rimū igitur seminādū nobis ē ad iustitiam. **E**st ut actualement perfectionē operibus iusti spes propagem. deinde metēda est nobis vite. id est virtutum spiritalium fructus. expulsiōne viciorum carnaliū congregandi. et ita illuminare nobis lumē scientie poterimus. **Q**uem ordinē etiam psalmigraphus tenere debere decernit dicens. **B**eati immaculati in via qui ambulāt in lege domini. beati qui scrutantur testimonia eius. **N**on enim prius dixit. beati qui scrutantur testimonia eius. et postea intulit. beati immaculati in via. **S**piritus inquit. beati immaculati in via. per hoc euidenter ostendens neminē recte posse ad perscrutanda dei testimonia peruenire. nisi prius per actualement conuersationem in via christi immaculatus iocedat. **H**i ergo quos dixistis nō istā quā imūdi hēre non possunt sed pseudonimon habent. est falsi nominis scientiam possident. de qua beatus **A**plūs. o inquit thymotee depositum custodi. deuitans profanas vocū nouitates. et oppositiones falsi nominis sciē. quod in greco dicitur. τασάν τησε ιστες ψευλονιμι γνωσευς. **D**e istis ergo qui imaginem quādam scientie vident. acquirere. vel de his qui cū sacroz voluminū lectioni ac memorie scripturarum diligenter insistant. carnalia tamē vicia nō relinquūt. in prouerbijis eleganter exprimitur. **S**icut in auris aurea in naribus suis. ita mulieris male morate species. **Q**uid enim prodest quempiam ornamentū eloquiorum celestium et illam preciosissimā scripturarū specie consequi. si eam lutulentis operibus vel sensibus inherendo quasi immūdiissimā terrā subigendo confringat. aut cenosis libidinis suarū polluat volutabris. **F**iet enim ut id quod recte utentibus deozū esse consuevit

117

118

119

113

Collatio XIII Abbatis Resterotis

nō soluz istos ornare nō possit. verū etiā maioris ceni collūmide fordescat. Ex ore ei peccatoris nō ē pulcra landatio. Cui dicitur per pphetam. Quare tu enarras in iustitias meas. et assumis testamentum meū per os tuū. De huiusmodi animabus. que nequaquā stabiliter timorem domini possidentes. de quo dicitur. timor domini disciplina et sapia est. scripturarum acquirere sensum. de ingi earum meditatione conantur. satis ppxie i proverbijs memoratur. At quid fuerit diuinitie insipienti. Possidere enī sapientiam ex cois nō poterit. Intātū vxo ab illa eruditione seculari q̄ carnaliū viciouz sorde polluitur. vera hec et spiritalis sciētia sbmouetur. vt eā in nonnullis elinguibz ac p̄ncilliteratis sciamus nōnunq̄ mirabiliter viguisse. Qd̄ in aplis multisq̄ etiam sanctis viris euidentissime cōprobatur. quoniam non inani foliorum dilatabantur luxuria. sed veris spiritalis sciētie fructibus curuabant. De quibus et in actibus apostolorū scriptū est. Videntes autē petri constantiā et iobannis. et cōperto q̄ homines essent sine literis et ideote admirabāt. Et idcirco si tibi curę est ad eius immarcescibilem flagrantiaz peruenire. cunctis primū conatibz elabora. vt a domino puritatē castitatis obtineas. Nullus enī in quo adhuc carnalium passionū et maxime fornicationis dominatur affectus. spiritalē poterit sciētiā possidere. In corde enī bono requiescet sapientia. et qui timet deum inueniet sciētiā cum iustitia. Hoc autem q̄ prediximus ordine ad spiritalē sciētiā perueniri. etiam beatus Apostolus docet. Nam cum vniuersarum virtutum suarum non solum catalogum texere. verū etiā ordinem earum vellet exponere. vt que quam sequeretur. vel que quam parturiret exprimeret. post aliā quāta intulit dicens. In vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in sciētia. in longanimitate. in suauitate. in spiritu sancto. in charitate nō ficta. In qua cōingatione vir

tutum euidentissime nos voluit erūdire de vigilijs atq̄ ieiunijs ad castitatem. de castitate ad sciētiā. de sciētia ad longanimitatem. de longanimitate ad suauitatem. de suauitate ad spiritū sanctū. de spiritu sancto ad charitatis non ficte premia peruenire. Cum igitur hac disciplina atq̄ hoc ordine tu quoq̄ peruenieris ad sciētiā spiritalē. habebis procul dubio sicut diximus. nec sterilem. nec inertem. sed viuā et fructuosam q̄ doctrinā. semēq̄ salutariū verbi. qd̄ cū a te fuerit audientū cordibz cōmendatū. subsequens spiritu sancti imber largissimus fecundabit. ac fm̄ id quod pollicitus est ppheta. dabitur pluuia semini tuo. vbi cūq̄ seminaueris in terra. et panis frugum terre tue erit vberimus et pinguis.

Quibus rō perfectionis debe ataperiri.

Cap. xvij.

Que etiam ne hec que tam lectione q̄ experientie sudore didiceris. cū teetas maturior p̄nerit ad docendum. vanę glorię seductore amore. immūdis hominibus passim ingeras. illud qd̄ sapiēntissimus salomon interdixit incurras. Noli applicare ipiū ad pascua iusti. neq̄ seducaris saturitate ventris. Non enī expediunt stulto deliciae. nec opus est sapientia vbi deest sensus. Magis enī dicitur insipientia. q̄ seruus durus nō emēdabitur verb. Si cū et intellexerit nō obediet. Auribz imprudentis noli quicq̄ dicere. ne forte irrideat sapientes sermones tuos. Et ne dederis sanctū canibus. neq̄ miseris margaritas vestras ante porcos. ne forte cōculcent eas pedibz suis. et pueri dirūpant vos. Optet itaq̄ vt huiusmodi hominibus spiritaliū sensuū p̄tegēs sacramenta efficaciter eanas. In corde meo abscondi eloquia tua. vt nō peccem tibi. S; dicas forsitan. Et quibz diuinarū scripturarū dispēlanda sunt sacramenta. Docete sapiētissim⁹ salomon. Date in q̄t ebrietatem bis qui in tristitia sunt. et vinum bibere bis qui in doloribus sunt. vt ob

Capitula

liuiscantur paupertatis et dolor suorum
non meminerint amplius id est his qui
pro penitudine actuum pristino merore
atque tristitia deprimuntur. spiritualis sci-
entia iocunditate velut vinum quod letificat
cor hominis affluenter infundite eosque sa-
lutaris ubi crapula refouete ne forte in-
gitate meroris ac letali desperatione de-
mersi abundantiore absorbeantur tristi-
tia qui eiusmodi sunt. De illis vero qui
in tepore ac negligentia constituti nullo
cordis sui dolore mordentur ita dicitur.

Nam qui suavis et sine dolore est in ege-
state erit. Quanta potes igitur cautiore de-
uita ut ne vane glorie amore detentus
illius quem propheta collaudat princeps
esse non possis qui pecuniam suam non de-
dit ad usuram. Omnis enim qui eloquia
dei de quibus dicitur eloquia domini
eloquia casta argentum igne examina-
tum probatumque terre purgatum septuplum
humane laudis amore dispensat pecu-
niam suam rogat ad usuram non solum nullam
pro hoc laudem sed etiam supplicia meretur.
Ob hoc enim pecunias domini maluit pro-
fligare ut ex ea temporalem consequere-
tur ipse mercedem non ut dominus sicut scri-
ptum est veniens reciperet quod suum est
cum usura.

Quibus de causis spiritualis do- ctrina infructuosa sit. Cap. xviii

Debus autem ex causis ineffi-
cacem spiritualium rerum constat
esse doctrinam. Nam aut ille qui
docet in experta commendans vano verbo
rum sono instruere nititur auditorem aut
certe nequam ac vicij refertus auditor sa-
lutares spiritualis viri sanctamque doctri-
nam obturato corde non recipit. De qui-
bus dicitur per prophetam. Excecati sunt
est enim cor populi huius et auribus graui-
ter audierunt et oculos suos concluserunt
neque videant oculis suis et auribus suis
audiant et corde intelligant et conuertantur
et sanent illos.

Non plerumque etiam indigni gratiam sa-

Intiferi simonis accipiat. Ca. xix

Nonnumquam tamen dispensatoris
nostri dei qui omnes homines
vult saluos fieri et ad agnitio-
nem veritatis venire munifica liberalitate
conceditur ut is qui indignum se predi-
cationi euangelice reprehensibili conuer-
satione prebuit pro salute multorum spi-
ritualis doctrine gratiam consequatur. Qui-
bus autem modis etiam carismata cura-
tionum ad expellendos demones a domino
concedantur consequens est ut simili dis-
putatione pandamus quibus consurgentes
ad refectionem in vesperam referemus quia
efficacius semper corde concipitur quic-
quid sensum et absque nimio labore corpo-
ris intimatur.

Explicit collatio prima abbatum neheronis de spirituali scientia. In- cipiunt capitula secunde collationis eiusdem abbatum de carismati- bus diuinis. Cap. i.

- I**spuatio abbatum neheronis de
tripartita carismatum ratione
ij In quo quis sanctos viros debeat
admirari.
iii De suscitato mortuo ab Abbate
machario.
iiii De miraculo quod abbas abra-
ham in mulieris fecit vberibus.
v De claudi cuiusdam curatione
quam idem est operatus.
vi De meritum vniuscuiusque non ex
signis debeat estimari.
vii De carismatum virtus non in mi-
rabilibus sed in humilitate con-
sistat.
viii De mirabili sit de semetipso vicia
quibus de altero demones extruxisse.
ix Quantum precellat vite probitas
opera signorum.
x Reuelatio de perfecte castitatis ex-
perimento.

Explicit capitula.

De carismatibus diuinis

operatio virtutū. 7 reliqua de charitate dicitur. quē admodum eam cunctis frulerit carismatibus paucis aduertite. Et adhuc inquit supra modū excellentiorem vobis viam demōstro. Per quod euidenter ostenditur perfectionis ac beatitudinis summā. nō in illorū mirabilibus operatione. s. in charitatis puritate consistere. Nec immerito Omnia enī illa euacuanda ac destruenda sunt. charitas vero perpetuo permanens. Ideo qz a patribus nostris opera ista signorū nequa qz vidimus affectata. quinimo. cuz ea spiritus sancti gratia possiderent. nunqz exercere voluerunt. nisi forte extrema illos 7 inenitabilis necessitas coartasset.

De suscitato mortuo ab Abbate machario.

Lap. iij.

Sicut 7 ab abbate machario q habitationē sechyoticē solitudinis primus inuenit. mortuū suscitātū esse reminiscimur. Nam cū hereticus quidam qui eunomij perfidiam sectabatur. sinceritatē catholice fidei arte dyalētica subuertere conaretur. magnāqz iā hōim multitudinē iā recepisset. rogatus a catholicis viris qui ruina tāte subuersionis grauissime mouebātur. beatus macharius. vt simplicitatē tonē egipti ab infidelitatis naufragio liberaret. aduenit. Quem cū hereticus arte dyalētica fuisset aggressus. 7 ad aristotelicas ignorantē spinas vellet abducere. beatus macharius apostolica multiloquium eius breuitate concludens. non est inqz in verbo regnum dei. sed in virtute. Eamus igitur ad sepulchra. et nomē dñi super mortuū qui primus inuentus fuerit inuocem⁹. ac sic scriptū est. ostēdam⁹ ex opib⁹ fidez nrāz. vt manifestissime recte fidei documēta eius testimonio declarētur. et perspicuā veritatē nō inani disputatione verborū sed virtute signorū. et illo qd nō potest falli in iudicio cōprobem⁹. Quo audito. hereticus corā circūstanti plebe pudore constrictus. cuz ad pñs p̄bere se p̄ditiōi. p̄posite simulasset. assensu

se qz affuturum in crastinū pmisisset. p̄stero die expectantib⁹ vniuersis qui studiosius ad conditū locū spectaculi habitans cupiditate cōfluxerūt. exterritus cōscientia suę infidelitatis aufugit. ac p̄tinens ab vniuersa egipto transmigravit. Quē cuz beatus macharius vsqz ad horam nonā cuz p̄lis prestolatus pro sua conscientia declinasse vidisset. assumēs plebē q̄ ab illo fuerat deprauiata. ad cōdicta sepulchra perrexit. Hūc autē egiptijs morē nili fluminis inuexit a lue⁹. vt qm vniuersa illius latitudo terre. instar immēsi pelagi. nō paruo anni tpe solita aquarū eruptiōe cōtegitur. ita vt nulla tūc cuiqz humādi copīa humani corporis tribuat. nisi post transuersionem decursam. corpora mortuorum pigmentis condita redolentib⁹. in editionib⁹ celululis recondantur. Nam madens ebrietate contigua terre illius solū humani arcet officij. Si qua enī cadauera defossa susceperit. euomere ad superficiē suā inūdationū nimietate cōpellitur. Cum igitur antiquissimo cuidaz cadaueri beatus macharius assitisset ait. O homo inquit. si venisset huc mecum hereticus ille filius perditionis. et astante ip̄o nomen christi dei mei inuocās exclamasses. vtrūne corā his qui pene eius fuerant fraude subuersi. surrecturus fuisses edicito. Tū ille consurgens. annuentis voce respondit. Quē interrogans abbas macharius quid nā fuisset aliquādo cū frueret hac vita. vel qua hominū fuisset etate. aut si nomē christi tūc t̄pis cōgnouisset. ille se sub antiquissimis regibus vixisse respōdit. christiqz nomē assenuit illis se nec audisse tēporibus. Cui rursus abbas macharius. Dormi inquit in pace. cū ceteri in tuo ordine a christo in fine temporū suscitandus. Nec igitur eius x̄tus et gratia q̄tū in ip̄o fuit semper fortasse latuisset. nisi eum necessitas totius prouincie periclitantis. et erga christum plena deuotio amorqz sincerus. istud exercere miraculum cōpulisset. Qd vsqz vt ab eo

Collatio xv Abbatis Resterotis

fieret non ostentatio glorie sed charitas christi et totius plebis extorsit utilitas. ut beatum quoque heliam fecisse regnorum letitio manifestat. qui ignem de celo super hostias impositas percipere idcirco descendere postulavit. ut periclitante pseudo prophetarum presigij fidei totius populi liberaret.

De miraculo quod abbas abraham in mulieris fecit uerberibus

Lap. iij.

Quid si etiam abbas Abrahæ gesta commemorem. qui paucis id est. simplex pro simplicitate morum et innocentia cognominatur. Qui cum metendi gratia ad egyptum de heremo diebus quinquagesime perrexisset. et a muliere quadam paruulum suum lactis inopia iam tabidum atque seminecem preferente. lacrymosis precibus fuisset obstrictus. calicem ei aque potanduz impresso crucis signaculo dedit. cuius haustu. confestim mirummodum arida iam penitus uera copia lactis redudante confluerunt.

De claudi cuiusdam curatione quas idem est operatus.

Lap. v.

Uel cum idem ipse pergens ad vicum circumdatus est illudentium turbis. qui subsannantes ostendebant ei quendam hominem contracto genu. multis iam annis gressus officio destitutum. et antiqua debilitate reptantem. ac temptantes cum ostende aiebant abbas abraham si seruus es dei. et restitue hunc pristinae sanitati ut nomen christi quem colis vanum non esse credamus. Tunc ille confestim inuocato christi nomine. inclinans se et apprehendens aridum pedem hominis traxit. cuius tactu continuo sicum genu incuruumque directum est. ac recepto usu gressuum quem obliuioni iam tradiderat annosa debilitas letus abscessit.

Quod meritum uniuscuiusque non exiguis debet estimari. *Lap. vi.*

Hitaque viri nihil sibi pro talibus mirabilium virtute donabant. quia non hec suo merito agi. sed domini misericordia fatebantur. apostolicis uerbis in admiratione signorum humanam gloriam resutantes. Viri fratres inquit. quid admiramini in hoc. aut nos quid intuemini. quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare. Nec quemquam in donis ac mirabilibus dei. sed potius ex propriis virtutum fructibus predicandum esse censebant. qui industria mentis et operum virtute generantur. Plerumque enim ut supra iam dictum est homines mente corrupti. reprobi circa fidem. in nomine domini et demonia expellunt. et virtutes maximas operantur. De quibus cum apostoli causarentur et dicerent. preceptor. vidimus quendam in nomine tuo eijcientem demonia. et prohibuimus enim. quia non sequitur nobiscum. licet eisdem ad presens responderit christus. nolite prohibere. qui enim non est aduersum vos. pro vobis est. tamen eis in fine dicentibus. domine domine. nonne in nomine tuo prophetauimus. et in tuo nomine demonia eiecimus. et in tuo nomine virtutes multas fecimus. respondurum se esse testatur. quia nunquam noui vos. discedite a me operari iniquitatis. Et idcirco etiam istos quibus hanc gloriam signorum atque virtutum pro merito sanctitatis ipse concessit. ne in his extollantur admonet dicens. Nolite gaudere quia demonia vobis subiiciuntur. gaudete autem. quia nomina vestra scripta sunt in celis.

Quod carismatum virtus non in mirabilibus sed in humilitate consistat. *Lap. vii.*

Quoniam ipse auctor signorum omnium atque virtutum. cum ad doctrinam suam magisterium discipulos aduocaret. quid ab eo veri atque electissimi sectatores peculiariter discere deberent. euidenter ostendit. Venite inquit.

De carismatibus diuinis

et discite a me nō utiq; vt demones ce-
lesti ptate pellatis non vt leprolos emū-
detis nō vt cecos illuminetis nō vt mor-
tuos suscitatis. **H**ec enim etiā si p qsdā
seruos meos operor non potest se inlere.
re laudibus dei humana conditio nec
vllam sibi in hoc minister et famulus de-
cerpere portionem vbi solius diuinitatē
est gloria. **V**os autem inquit hoc discite
a me quia mitis sum et humilis corde.
Hoc enī est qd cunctis generaliter disce-
re et exercere possibile est opera autē sig-
norum atq; xtu tum nec sp nēcia nec oib;
cōmoda nec omnib; cōcedunt. **H**umi-
litas est ergo omniū magistra virtutū
ipā est celestis edificij firmissimū funda-
mentum ipā est donum proprium atq;
magnificū saluatoris. **I**sta etenī vniū-
sa miracula quę christus operatus est si-
ne periculo elationis exercet qui mitem
dominū nō sublimitate signorum s; pa-
tientie atq; humilitatis virtute sectat.
Qui vero immūdis spiritibus impera-
re aut languentibus sanitatū dona cō-
ferre aut aliquod signū mirabile popul-
gestit ostendere quāuis in ostentationi-
bus suis christū inuocet nomē tamē alie-
nus a christo est quia humilitatis magi-
strum su perba mente nō sequitur. **N**as
etiā cū ad patrē remeās quoddā vt ita
dixerim conderet testamentū hoc disci-
pulis dereliquit. **M**ādatū inquit nouū do-
vobis vt diligat inuicē sicut dilexi vos
vt et vos diligatis inuicem. **S**tatimq;
subiunxit. **I**n hoc cognoscēt oēs q; mei
estis discipuli si dilectionē habuerit ad
inuicem. **N**on ait si signa atq; virtutes
similiter feceritis sed si dignā dilectōez
inuicem habueritis. qm certū est nisi mi-
tes atq; hūiles huare nō posse. **Q**uappē
nūq; monachos plos nec morbo ceno-
dorie vacuos nostri maiores esse dixerit
qui semetipos exorcistas corā homib; p-
fiterentur et inter admirantiū turbas hāc
qm vel meruerūt vel presumpserūt grāz
iactantissima ostentatiōe diffamāt. **S**;
incassum. **Q**ui enim innititur mēdacijs

hic pascet ventos idem autē ipse sequitur
aues volantes. **S**ine dubio enī eueniet
eis illud quod in prouerbij dicitur. **S**i
cut venti et nubes et pluuie manifestissi-
me sunt ita qui gloriatur in dato falso.
Et ideo si quis coram nobis hōz aliqd
fecerit nō de admiratione signorum s; de
ornatu morum debet apud nos esse lau-
dabilis nec vtrum demonia ei subiecta
sint sed vtrum charitatis membra q; de-
scribit apostolus possideat inquirendū.

Mirabilius sit de semetipso
vicia q; d altero demones extru-
sisse. **C**ap. viij.

Reuera maius miraculum ē
de propria carne fomitem luxu-
rie eradicare q; expellere imun-
dos spiritus d corporibus alienis. et ma-
gnificentius signum est virtute patientie
truculentos motus iracundie cohibere q;
aereis principatib; imperare plusq; est
exclusisse edacissimos de corde proprio
tristitie mortuos q; valitudines alterius
febresq; corporeas expulisse. **P**ostremo
multis modis preclarior virtus sublimi-
orq; profectus est anime proprie curare
languores q; corporis alieni. **Q**uanto
eniz hoc sublimior carne est tanto prestā-
tior eius est salus quantoq; preciosior
excellentioreq; est substantie tanto gra-
uioris ac perniciosioris est et ruine.

Quantum precellat vite probi-
tas opera signorum. **C**ap. ix.

Et illis quidem curationib;
ita beatissimis aplis dī. **P**os-
sunt gaudere quia demonia vo-
bis subijciuntur. **H**oc eniz faciebat nō
eorum potestas sed virtus dominici no-
minis inuocati et idcirco monetur vt ex
hac parte nihil sibi beatitudinis aut glo-
rie audeant vendicare quę dei tantum
potentia ac virtute perficitur sed ex illa
vite sue cordisq; itima puritate ob qm
nomina eorum inscribi meretur in celis.

Collatio xv Abbatis Nesterotis.

Reuelatio de perfecte castitatis experimento. Cap. x.

Sicut ut diximus quod diximus vel testimonijs veterum vel diuinis oraculis approbemus. quod beatus Pafantius vel de admiratiōe signorum vel de gratia senserit puritatis immo quid angeli reuelatione cognouerit ipsius verbis atque experimentis rectius proferemus. Hic namque ita multis vigens annis districtiōne precipua. ut crederet se etiam carnalis concupiscentie laqueis penitus absolutum. eo quod cunctis infestationibus demonum. quibus diu aperteque confluerat. superiorem se factum esse sentiret. dum aduenientibus viris sanctis pulmentum senticulae quod illi adhaerant nominatim prepararet. manus eius in clibano ut assolet flamma superuolitate combusta est. Quo facto tristificatus magnam modum cepit secus tacitus voluere. cur ignis inquit mecum non habet pacem. cum duriora mihi demonum cesserint prelia. aut quemadmodum me in illo metuendo examinis die per se transitarum ille ignis inextinguibilis. et inquit sitoz meritoz omnium non tenebit. cui nunc extrinsecus hic tempestualis ac paruulorum non peperit. Cumque estuanti huiusmodi cogitationibus atque tristitia sopor subitus obrepisset. adueniens angelus domini. cur inquit pafanti tristis es. quod nec duz pacatus tibi sit ignis iste terrenus. cum ad huc resideat in membris tuis carnalium motuum necdum purum excocta commotio. Cuius radices donec in tuis viuunt medullis. ignem istum materiale nequaquam tibi pacificum esse permittet. Quae utique innoxia alias sentire non poteris. nisi omnes internos motus his indicijs in temetipso experiaris extinctos. Uade et apprehende nudam et pulcherrimam virginem. et si illam tenens. tranquillitatem tui cordis in mobilem. estusque carnales pacificos in te senseris perdurasse. huius quoque visibilis flammae mitis atque innoxius in modum illorum trium in babilonia puerozum te allabet

attac. Itaque senex ex huiusmodi reuelatione percussus. non quidem experimenti diuinitus demonstrati pericula consuluit. sed interrogans conscientiam suam. et puritatem sui cordis examinans. nec adhuc potius castimonie suae huius probationis ponderi concipere coniectans. non mirum est ait. si cedentibus mihi immundorum spirituum prelijs. adustiones ignis quas dirissimis congressibus demonum inferiores esse credebam. adhuc aduersum me senserim sentientes. Maior quippe est virtus ac sublimior gratia. internam libidinem carnis extinguere quam nequitias demonum extrinsecus irruentes. signo domini ac virtutis altissime potentia subiugare. vel de obfessis corporibus nominis diuini inuocatione appellere. Hucusque abbas nesteros oratione de vera carismatum operatione summam. nos ad cellam senis ioseph qui sex ferme milibus ab ipso aberat properantes. doctrine suae institutione profecutus est.

Explicit collatio secunda abbatis nesterotis de carismatibus diuinis. Incipiunt capitula collationis prime abbatis ioseph de amicitia. Cap. i.

Quid a nobis abbas Ioseph permissus inquisit.

iij Disputatio eiusdem senis de infido amicitiarum genere.

iiij Unde indissolubilis amicitia sit.

v Interrogatio vtrum vtile aliquid etiam contra votum fratris effici debeat.

vi Responso quod perpetua amicitia nisi inter perfectos stare non possit.

vii Quibus modis inuolabilis possit societas retentari.

viii Quod nihil charitati preponendum sit. nec iracundie postponendum.

ix Quibus de causis inter spirituales nascatur dissensio.

Capitula

Collatio XVI

- ix De amputandis etiam spiritalibus causis discordiarum.
- x De optimo examine veritatis.
- xi De impossibile sit quæquam quæ proprio fidei iudicio diaboli illusionem non decipi.
- xii De obcausam non debeant inferiores in collatione contemni.
- xiii De charitas non solum res dei sed etiam deus sit.
- xiiii De gradibus charitatis.
- xv De his qui vel suam vel fratrum commotionem dissimulatione corroborant.
- xvi De eo quod si frater aduersum nos aliquid habeat simultatis. muneris orationum nostrarum a domino respiciantur.
- xvii De his qui patientiam secularibus magis putant impendenda esse quam fratribus.
- xviii De his qui patientiam mentientes ad iracundiam fratres silentio accendunt.
- xix De his qui ex indignatione ieiunant.
- xx De quorundam simulata patientia qui maxillam verberandam alteram ingerunt.
- xxi Interrogatio quomodo christi mandatis obtemperantes euangelica perfectione fraudentur.
- xxii Responso quod christus non solum factus est etiam voluntatis inspector sit.
- xxiii Quis sit fortis et sanus qui succumbit alterius voluntati.
- xxiiii De infirmis iniuriosi sint et iniurias ferre non possint.
- xxv Interrogatio quomodo fortis sit qui non sustentat infirmum.
- xxvi Responso quod infirmus non se sustinet.
- xxvii Quomodo sit iracundia comprimenda.
- xxviii Amicitias coniuratione inuitas firmas esse non posse.
- Explicunt capitula.**

Incipit collatio prima Abbatum Joseph et Amicicia. Cap. i.

Beatus Joseph cui nunc instituta ac precepta pandenda sunt unus ex tribus quorum in prima collatione

fecimus mentionem. clare admodum familiaris ac primarius ciuitatis sue in egyptu fuit qui appellatur thymnis. et ita non solum egyptia. sed etiam greca facundia diligenter edoctus. ut vel nobis vel his qui eloquentiam penitus ignorabant. non ut ceteri per interpretem. sed per semetipsum elegantissime disputaret. Qui cum institutionem suam nos desiderare sensisset. percontatus primus. utrum nam esse mus germani fratres. audientemque a nobis quod non carnali. sed spiritali essemus fraternitate deuincti. nosque ab exordio renunciationis nostre. tam in peregrinatione que ab utroque nostrum fuerat obtentu militie spiritualis arrepta. quam in cenobii studio indiuidua semper coniunctione sociatos. tali usus est sermonis exordio.

Disputatio eiusdem senis de uicio amiciciae generis. Cap. ii.

Amiciciae ac sodalitates multa sunt genera. que diuersis modis humanum genus dilectionis societate connectunt. Quosdam enim procedens commendatio. primum noticie. post etiam amicicie fecit inire commercia. In quibusdam vero contractus quidam seu dacti accepti. uel de pactio. charitatis federa copulauit. Quosdam negociationis seu militie uel artis ac studij similitudo atque communio amiciciae vinculis nexerunt. per quem ita etiam effera sibi inuicem corda mansuescunt. ut etiam hi qui in siluis ac montibus latrocinis gaudent. et effusione humani sanguinis delectantur. suorum scelerum participes amplectantur ac foueant. Est etiam dilectionis aliud genus

Collatio XVI Abbatis Joseph.

quod instinctu nature ipsi et sanguinitate lege connectitur. quia vel contubiles vel coniuges. vel parentes seu fratres. ac filij. naturaliter ceteris preferuntur. quod non solum humano generi. verum etiam omnibus alitibus atque animalibus inesse comprehenditur. Nam pullos vel catulos suos naturali affectu instigante sic protegunt ac defendunt. ut frequenter pro ipsis etiam obijcere se periculum mortisque non metuant. Denique etiam illa bestiarum vel serpentium vel alitum genera. que intolerabilis feritas ac letale virus ab omnibus separata esse cernit. ut sunt basilisci vel monocerotes vel gryphes. cum etiam visu ipso cunctis perniciose esse dicantur. inter se tamen pro originis ipsius affectionisque consortio pacata et innoxia perseverant. Sed hec omnia que diximus genera charitatis. sicut malis ac bonis. feris etiam atque serpentibus videmus esse communia. ita etiam usque in finem certum est perseverare non posse. Etenim interrupta ea frequenter ac dividit locorum discretio. et obliuio temporalis. et verbi vel cause negotiorumque contractus. At enim ex diversis. vel lucri. vel libidinis. vel consanguinitatis. ac necessitudinum variarum societatibus acquiri solent. ita intercedente qualibet dinove occasione solvuntur.

Unde indissolubilis amicitia sit

Cap. iij.

In his igitur cunctis unum genus est insolubile charitatis. quod nec commendationis gratia. nec officij vel munerum magnitudo contractusque cuiusque ratione. vel necessitas iungit sed sola similitudo vincit. Hec inquam est que nullis unquam casibus scinditur. quam non solum dissociare vel delere locorum vel temporum intervalla non prevalent. sed ne mors quidem ipsa diuellit. Hec est vera et indissoluta dilectio. que gemina amicorum perfectione ac virtute concrevit. Cuius semel initum fedus. nec desideriorum varietas. nec contentiosa dirumpet contrarietas voluntatum. Ceterum multos nos

uimus in hoc proposito constitutos. que cum pro charitate christi flagrantissima essent. soliditate devicti. non perpetuo eam. nisi indurpate servare potuerunt. quia licet bono societatis principio niterentur. non tamen uno nec pari studio arreptum propositum tenuerunt. fuitque inter eos quedam temporalis affectio. quia non equaliter utriusque virtute. sed unius patientia fruabatur. Que quamvis ab uno magnanimitate atque infatigabiliter retentetur. necesse est tamen eam alterius pusillanimitate dirumpi. Infirmi tamen namque eorum qui tepidius perfectionis expectant sanitatem. quantumlibet fortius tolerantia sustententur. ab ipsis tamen que infirmi sunt non feruntur. Habent enim insitas sibi commotionum causas que eos que tos esse non sinant. ut solent hi qui carnali egritudine detinentur. stomachi sui infirmitates et fastidia cocorum vel ministrantium negligentis imputare. et quantumlibet eis obsequium sollicitudo detinet. nihilominus tamen sanis causas sue commotionis ascribere. quas sibi utique vitio valitudinis sue inesse non sentiunt. Quamobrem hec est amicitie ut diximus fida indissolubilisque coniunctio. que sola virtutum paritate federatur. Dis enim inhabitare facit unius moris in domo. Et idcirco in his tantum indurpata potest dilectio permanere. in quibus unum propositum ac voluntas. unum velle ac nolle consistit. Quam si vos quoque cupitis inviolabilem retentare. festinandum est vobis ut expulsis primitus vicij mortificetque proprias voluntates. et uno studio atque proposito. illud quo propheta ad modum delectatur. gnauiter impleatis. ecce que bonum et que iocundum habitare fratres in unum. Quod non localiter sed spiritualiter oportet intelligi. Nihil enim prodest. si moribus ac proposito dissidentes una habitatioe iungantur. nec obest pariteri virtute fundatis. per locorum intervalla disiungi. Apud deum namque morum cohabitatio. non locorum unita fratres habitatio coniungit. nec potest unquam pacem integritas custodiri

De amicitia

vbi voluntatū diuersitas inuenit.

Interrogatio vtrū vale aliqd etia cōtra votū fratris effici debeat.

Lap. iij.

Ormanus. Quid est vno volente perficere aliquid qd fm deū modū z salubre p̄seperit alius nō prestet assensum. exequendum ne etiam contra votū fratris est. an pro eius arbitrio negligendum.

Respōsio q̄ perpetua amicitia nisi inter perfectos stare n̄ possit.

Lap. v.

Ioseph. Idcirco dixim̄ plena atq̄ perfecta z amicitie gratiam nisi inter perfectos viros eiusdem virtutis perseuerare non posse. quos eadem voluntas vniūq̄ p̄posita aut nūq̄ aut certe raro diuersa sentit. aut in his que ad profectū spiritualis pertinent vitē patitur dissidere. Qd si animos ceperint p̄tentionibus estuare. liq̄t vtiq̄ eos nūq̄ fm regulā qm̄ p̄dixim̄ fuisse cōcordes. Sed qz nemo potest a p̄fectione habere principiu. nisi qui ab ipso eius ceperit fundamēto. et vos nō qm̄ta eius sit magnitudo. sed que admodū ad eam perueniri possit inquiritis. necessariū reor vt paucis regulas vobis eius ac tramitē quendam. per que gressus vestri dirigātur ap̄iaz. vt patientie ac pad bonū facilius obtinere possitis.

Quibus modis inuiolabilis possit societas retēari. **Lap. vi.**

Prima igitur sunt vere amicitie in contemptu sbe mundialis et omnium quas habemus rerū de spectione fundamina. Quā enī iniustū atq̄ impiū est. si post abrenūciatā mūdi z omnium que in eo sunt vanitatem. preciosissime fratris dilectiōi suppeller vilissima que superfluit p̄feratur. Secundum est. vt ita suas vniūq̄q̄ referet voluntates. ne se sapientem atq̄ consultum esse iudicans suis malit q̄ proximi diffinitionibus obedire. Tertium est vt sciat omnia etiā q̄ vtilia ac necessaria

estimat. postponēda bono charitatis ac pacis. Quartū. vt credat nec iustis nec iniustis de causis penitus irascendū. Quintū. vt aduersus se iracundiā fratris. etiā si ineratione conceptam. eodem modo q̄ suam curare desideret. sciens equaliter sibi perniciosam alterius esse tristitiam ac si aduersus aliu z ipse moueatur. nisi eā q̄tū in se est etiā d̄ffis mēte depulerit. Postremū illud est. qd generale vicioz omnium preceptorium esse non dubiū est. vt se de hoc mūdo credat quotidie migraturum. Que persuasio non solū nullam in corde tristitiaz residere permittit. verum etiam vniuersos concupiscentiarum ac peccatorum omnium mōp̄rimet motus. Hec igitur quicumq̄ tenuerit. amaritudines ire atq̄ discordie nec pati poterit nec inferre. His autem cessantibus cum primum ille emulus charitatis in cordibus amicorum tristitiaz sen sit venena suffuderit. necesse est vt frequentibus iurgijs paulatim dilectione tēp̄facta. amātiū corda diu exulcerata quādoq̄ dissociet. Nam qui per callem p̄dicte directionis ingreditur. in quo ab amico vnq̄ suo poterit dissidere. qui p̄mum litium causam que ex parvulis rebus vilissimisq̄ materijs generari solet. nihil suum vendicans radicitus amputauerit. illud quod in actibus apostolorum legimus de vnitae credentiu z omni virtute custodiēs. Multitudinis autē credentium erat cor vnum z anima vna. nec quisq̄ eorum que possidebāt aliqd suum esse dicebat. sed erant illis omnia communia. Deinde quemadmodū ab eo seminariū dissensionis exurget. qui nō suę sed fratris seruiens voluntati. domini atq̄ auctoris sui fuerit imitator effectus. qui loquēs ex persona hominis que gerebat. Non veni inqt vt facerēz volūtatē meā s̄ volūtatē ei? q̄ me misit. Quo autem modo vllum contentionis fomitem suscitabit. qui de intelligentia ac sensu suo. nō ta z p̄prio iudicio q̄ fratris credere decreuit. examini. p̄ eius s̄z arbitrio. vel

Collatio XVI Abbatis Joseph.

probans sua inuenta. vel improbens. et
enangelicus illud pi cordis humilitate
consummans. verumtamē nō sicut ego
volo sed sicut tu vis. Aut qua ratiōe ali
qd quo frater mellificet. admittet. q̄ lo
no pac̄ nihil iudicat esse preciosius. dñi
ce illius sententiē memoriā nō amittens
In hoc cognoscet oēs q̄ mei estis disci
puli. si dilectionez habueritis ad inuicē
per quā velut sp̄ali signaculo gregē om
niū suarum in hoc mūdo voluit chris
tus agnosci. atq̄ hoc a ceteris vt ita di
xerim caractere discerni. Quia vero ex cā
vel in se recipere vel in alio residere rāco
rem tristitię sustinebit. cui summa diffi
nitio est iracundie quę perniciosa et illi
cita est iustas causas esse non posse.
eodem q̄ se modo succensente sibi fratre
orare nō posse. quo si fratri suo ip̄e succē
seat. illam domini saluatoris humili sp̄
retinens corde sententiā. Si offers mu
nus tuum ad altare. et ibi recordatus fu
eris q̄ frater tuus habet aliquid adūsuz
te. relinquē ibi munus tuū ante altare. et
vade prius reconciliari fratri tuo. et sic
veniens offer munus tuū. Nihil enim
proderit si te quidem asseras nō irasci. et
credas te implere illud mādātū quo dicit
sol non occidat super iracundiā vestrā.
et qui irascitur fratri suo reuserit iudi
cio. alterius vero tristitiā quā delinire
tua mansuetudine potuisti. contumaci
corde despicias. Eodem nāq̄ modo p̄
cepti dominici p̄uaricatione plecteris.
Qui enī te irasci aduersus alterū nō de
bere dixit. nec alterius p̄temni tristitiā
debere dixit. quia non interest apud deū
qui omnes hoīes vult saluos fieri. vtruz
te an alium quempiā perdas. Unum si
quidem cuiuslibet interitu ei nascitur de
trimentum. itidem q̄ illi cui grata omni
um perditio est. vnū lucrum. vel tua vel
fratris morte cōquiritur. Quemadmo
dū postremo poterit vel tenues p̄ fratres
retinere tristitiā. qui se credit quotidie
imo continuo ab hoc seculo migraturū.

**¶ Quibus de causis inter spirita
les nascatur dissensio. Cap. viij.**

**¶ De nec iracundię postponendum.
Cap. viij.**

Sicut ergo nihil preponendum
est c̄aritati. ita furori vel iracū
die nihil est contrario postpo
nendum. Omnia nāq̄ q̄uis vtilia ac
necessaria videantur spernenda tamen
sunt. vt ire perturbatio venietur. et om
nia etiā quę putantur aduersa susci
pienda atq̄ toleranda sunt. vt dilectio
nis paci s̄q̄ tranquillitas illibata serue
tur. quia nec ira atq̄ tristitia perniciosi
us quicq̄. nec c̄aritate vtilius creden
dum est.

**¶ Quibus de causis inter spirita
les nascatur dissensio. Cap. viij.**

Nam quemadmodum carnales
nāq̄ ad huc et imbecilles fratres ob
vilem terrenam q̄ sbam cito in
imicus disungit. ita etiā iter spiritales
gignit pro intellectu et diuinitate discor
diam. Ex qua sine dubio contentiones
rixęq̄ verborum. quas apostolus dam
nat. plerumq̄ consurgunt. vnde conse
quent̄ diuorcia inter vnanimos fratres
hostis inuidus ac malign⁹ iterferit. Ve
ra est nāq̄ sapientissimi salomonis il
la sentētia. Odiū suscitatur contentio. vni
uersos vero qui non contendunt prote
git amicitia.

**¶ De amputandis etiā spiritali
bus causis discordiarū. Cap. ix.**

Quia propter ad conseruandaz
perpetuam et indiuiduam c̄a
ritatē. nihil prodest primā cau
saz amputasse discidiū. quę nasci solet
rebus caducis atq̄ terrenis. et vniuersa
despexisse carnalia. atq̄ omniū quibz no
ster vsus indiget rerum. indiscretam cō
munionem fratribus permisisse. nisi etiā
secundā q̄ sub specie spiritaliū sensuum
nasci solet similiter abscondentes. acquisi
erimus in omnibz hūilem sensum. et con
sonas voluntates.

**¶ De optimo examine veritatis.
Cap. x.**

De amicitia

Hemini namque cum me adhuc ad
herere pro sortio etas iunior horita
ret huiusmodi nobis intelligentiā
vel in moralibus disciplinis
vel in scripturis sacris frequenter instrā. ut
nihil ea verius. nihilque rationabili cre
deremus. Sed cum in vniū conuenientes
sentias nostras p̄mere cepissemus. quedā
cōmuni exatatiōe discussa. primum ab
altero falsa ac noxia notabātur. mox de
inde ut p̄uiciosa cōmuni. p̄nunciata iudicio
dānabātur. que int̄m prius infusa
a diabolo luce clarius fulgebāt. ut fa
cile potuissent generare discordiā. nisi p̄
ceptū seniorū velut diuinū quoddā ora
culū custoditū ab omni nos p̄tentione re
uocasset. quo ab illis legali quadā san
ctione p̄scriptū est. ut neuter nostrum
p̄ iudicio suo quā frat̄i crederet. si nūquā
vellet diaboli calliditate deludi.

Unimpossibile sit quēquā qui p̄
prio fidit iudicio diaboli illusi
one nō decipi. **Lap. xij.**

Aleni sepe illud quod apostolus di
cit. p̄batuz est euenire. Ipe enī
sathanas transfiguratur se in an
gelū lucis. ut obscurā ac tetrā caliginem
sensuū. p̄ vero lumine scientiē fraudulē
ter effundat. Qui nisi humili et mansue
to corde suscepti. maturissimi frat̄is vel
p̄batissimi senioris refuētur examini. et
eorū iudicio diligēt̄ excussi. aut abijciā
tur. aut recipiantur a nobis. sine dubio
venerātes in cogitatiōibus nostris pro
angelo lucis angelum tenebrarū gūssis
mo feriemur interitu. Quā perniciōsū
possibile est euadere quēpiam iudicio p̄
prio confidentes. nisi hūilitatis h̄e ama
tor et executor effectus. illud quod ap̄ls ma
gnopere deprecatur omni contritione cor
dis implenerit. Si qua ergo inquit con
solatio in christo. si quod solatiū charita
tis. si quasi viscera miserationis. implete
gaudiū meū ut idez sapiatis. eandē cha
ritatē habentes. vnanimes idipm senti
entes. nihil per contentiōnē neque per ina
nē gloriā. s̄ in humilitate superiorēs vo

bismetipis alterutrū arbitrātes. et illud
honore alterutrū p̄ueniētes. ut p̄l^o vñ^o
quisque consorti suo scientiē et sanctita
tis ascribens. summā discretiōis h̄e in
alteri magis quā in suo credat stare iudicio

**Quā obcausam non debeant i
seniores in collatione contem
ni.** **Lap. xij.**

Sepe autem accidit. siue illusio
ne diaboli. siue intercessu errorū
humani. quo nullus est in hac
carne qui falli velut homo nō possit. ut
et ille interdum qui acrioris ingenij sciē
tięque maioris est. aliquid falsum mēte cō
cipiat. et ille qui tardioris ingenij ac mi
noris est meriti. rectius aliquid veriusque
persentiat. Et idcirco nullus sibi quūvis
scientia p̄ditus inani timore p̄suade
at. quod possit collatione alterius non
egere. Nam etiam si iudicium eius dia
bolica non fallat illusio. elationis tamē
et superbię graniores laqueos non eua
det. Quis enim hoc sibi absque igenti po
terit vsurpare perniciē. cum vas electio
nis in quo christus ut ip̄e professus ē lo
quebatur. ob hoc solum modo se asserat
hierosolimā conscendisse. ut cum suis co
apostolis euangelium. quod gentibus re
uelante et cooperante domino predica
bat. secreta examinatione cōferret. Per
quod ostēditur nō solum vnanimitatē
atque concordiam per hęc p̄cepta serua
ri. verum etiam cunctas diaboli aduer
santis insidias et illusionum eius laque
os non timeri.

**Charitas non solum res dei
sed etiam deus sit.** **Lap. xij.**

Quāquam intantum virtus chari
tatis extollitur. ut eam beatus
Johannes apostolus. nō solū
rē dei. sed etiā deum esse pronūciat dicens
Deus charitas est. et qui manet in cha
ritate in deo manet et deus in eo. Nam
vsque adeo illam diuinā esse perspiciam
ut illud ap̄li manifestissime vigere senti
am. in nobis. quā charitas dei diffusa ē in
cordibus n̄ris p̄ sp̄m sanctū quod habitat in nobis

Collatio XVI Abbatis Joseph.

Quod tale e ac si dicat. Quoniam deo diffusus est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Qui etiam cum ignoremus quid debeamus orare. interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit quod desideret spiritus quoniam secundum deum postulat pro sanctis.

De gradibus charitatis.

Capitulum.

Ilam igitur charitatem quam dicitur agape. possibile est omnibus exhibere de qua beatus apostolus. Ergo dum tempus habemus inquit operemur bonum ad omnes. maxime autem ad domesticos fidei. Quae in tantum omnibus est generaliter exhibenda. ut eam etiam inimicis nostris a domino iubeamur impendere. Nam diligite inquit inimicos vestros. Diatthisis autem. i. affectio. paucis admodum et his quae vel paritate morum vel virtutum societate conexus sunt exhibetur. licet etiam ipsa diatthisis. multa in se differentiam habere videatur. Aliter enim parentes. aliter coniuges. aliter fratres. aliter filii diliguntur. et in ipsa quoque horum affectuum necessitudine magna distantia est. nec uniformis parentum dilectio erga filios invenitur. Quod etiam Jacob patriarche probatur exemplo. qui cum esset duodecim filiorum pater. omnesque paterna charitate diligeret. tamen propensius Ioseph dilexit affectu. ut de eo aperte scriptura commemorat. Inuidebant autem ei fratres sui. eo quod diligeret eum pater suus. scilicet non quod vir iustus et pater non valde diligeret etiam ceteram plebem. sed quod huius quia typum domini prefererat affectui dulcius quod ammodo atque indulgentius inhereret. Hoc etiam de Iohanne euangelista legitur evidenter designari. cum de ipso dicitur. Discipulus ille quem diligebat Iesus. cum utique etiam reliquos undecim similiter electos. ita precipua dilectione complexus sit. ut hoc etiam euangelica attestatio designet dicens. Sicut dilexi vos et vos diligite inimicum. De quibus et alibi dicitur. Diligens suos qui erant in mundo usque in finem dilexit eos. sed hic unius dilectio non erga

reliquos discipulos teporem charitatis. sed largiore erga hunc superabundantiam amoris expressit. quae et virginum privilegium et carnis incorruptio conferebat. Quae idcirco velut sublimior cum quadam exceptione signatur. quia non eam odii comparatione. sed affluentior gratia exuberantissimi amoris extollit. Tale quid etiam ex persona sponsae legitur in cantico canticorum dicitur. Ordinate in me charitatem. Hec enim est vere charitas ordinata. quam odio habens neminem quosdam mentiorum iure plus diligit. quaeque cum generaliter diligit cunctos. excipit tamen sibi ex his quos debet at peculiari affectione complecti. et rursum in ipsos qui in dilectione sumi atque precipui sunt. aliquos sibi qui ceterorum affectui super extollantur excipit.

De his qui vel sua vel fratrum commotione dissimulatione corroborat.

Capitulum xv.

Contra novimus quod vitinae ne sciremus. nonnullos fratrum tantum esse obstinationis atque duritiae. ut cum vel suos aduersus fratrem. vel fratris aduersum se senserint animos excitatos. ad dissimulanda mentis suae tristitiam. quam ex indignatione alterutrum commotionis exorta est. secedentes ab eis quos humile satisfactione atque colloquio lenire debuerant. aliquos psalmorum incipiunt decantare versiculos. Qui dum conceptam cordis amaritudinem delinire se putant. insultando augent. quod statim extinguere potuerunt si magis anxii atque humiles esse voluissent. ut oportuna compunctio et ipsorum cordibus mederetur. et fratrum animos deliniret. Nam illo utique modo pusillanimitatis immo superbiae suae vicium palpant. et natiunt potius quam extirpant fomitem iurgiorum. donec illius praecipitiosae immemores. qua ait. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. et si recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuum ad altare. et vade pro reconciliari fratri tuo. et tunc veniens offeres munus tuum.

De amicitia

De eo q̄ si frater aduersum nos aliquid habeat similitatis mūera orationū nostrarū a domino respiciatur. **Cap. xvi.**

Intantum igitur nō vult nos deus noster alteri respectui habere tristitiam. vt si aliquid aduersus nos frater habuerit. nec munera nostra suscipiat. id est. nō orationes sibi a nob permittat offerri. donec de animo eius tristitiam iuste iniusteve cōceptaz. celeri satisfactione tollamus. Neq̄ enim ait si habet veram querelam aduersum te frater tuus. relinque ibi munus tuū ad altare. ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo. si si recordatus fueris inquit. quia frater tuus habet aliquid aduersum te. id est. etiam si leue aliquid ac vile sit q̄ fratris in te fuerit excitata cōmotio. et hoc memoriā tuā subita recordatione pulsauerit. scias te offerre precum tuarū spiritualia. munera nō debere. nisi prius qualibet excusa oratione tristitiā de corde fratris benigna satisfactiōe depuleris. Si igitur euangelicus hmo etiā. p̄ preterita et minima similitate. ac de exiguis oborta causis. satisfacere nos irascētib; iuber. quid de nobis miseris fiet. qui recentes ⁊ maximas causas nostrorū errore cōmissas. p̄tinaci dissimulatione cōtemnimus. ⁊ inflati tumore diabolico. dum humiliari erubescimus. auctores nos fraterne tristitię denegamus. ac rebelli spiritu subiecti p̄ceptū dñi dedignant. neq̄q̄ ea vel obseruari debere vel impleri posse contēdimus. Eoq̄ fit vt iudicantes eū impossibilia vel incōgrua p̄cepisse. efficiamur h̄m apostolū nō factores. s̄ iudices leḡ.

De his qui patientiam secularibus magis putat impedendāz esse q̄ fratribus. **Cap. xvii.**

Iud quoq̄ q̄bus lacrymis est tessendum. q̄ nō nulli fratrum cum fuerint contumelia cuiuslibet h̄mōnis accensī. si alterius cuiuspiā qui eos lenire desiderat precibus fatigetur. cum audierint nequaq̄ debere adu-

sus fratrem cōcipere tenere ve tristitiāz. h̄m illud qd̄ scriptum est. qui irascit fratri suo reus erit iudicio. et sol nō occidat super iracundiā vestrā. proclamāt illico. Si paganus aliquis. si secularis hoc fecisset. aut ita dixisset. recte debuit sustineri. Quis autē ferat fratrem tam grauis cōscium culpe. aut tam insolens de ore cōuiciū proferentē. Quasi vero patia infidelibus tantū. atq̄ sacrilegis. et nō omnibus sit generaliter adhibenda. aut iracundiā contra gentilem noxia contra fratrem utilis estimanda. cū utiq̄ perturbate mentis obstinata cōmotio. nō dissimile contra quēnis fuerit excitata sibi iferat detrimentū. Quante autem obstinationis. immo recōrdie est. vt nec ipam verborū proprietatē brute mentis stupore discernat. Quia n̄ dicitur. om̄is qui irascitur alienigene reus erit iudicio. qd̄ fortasse poterat h̄m illorū sensus. cōtra confortes nostrę fidei ⁊ cōsolationis excipere. s̄ si significanter expressit euāgelicus h̄mō dicens. Om̄is qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Licet itaq̄ h̄m regulam veritatis omnē h̄mōem fratrem debeam accipere. tamē hoc i loco magis fidelis ac nostre cōuersationis particeps q̄ ethnicus fratris vocabulo designatur.

De his qui patientiā mentientes ad iracundiā fratres silentio accendunt. **Cap. xviii.**

Iud vero quale est q̄ interdū patientes esse nos credimus. qz respondere p̄temnimus. lacessit. s̄ ita cōmotos fratres amara taciturnitate vel motu gestu q̄ irrisorio s̄ banamus. vt eos magis ad iracundiāz vultu tacito prouocemus. quā tumida potuissent incitare cōuicia. i eo nos estimātes minime apud deū reos. qz nihil ore protulimus. qd̄ nos notare hominū iudicio aut condemnare potuisset. Quasi vero apud deū verba tantū modo. ⁊ n̄ precipue volūtas vocetur in culpam. et opus solum peccati. et nō etiā votū ac p̄positū habeatur in crimine. aut h̄m

Collatio XVI Abbatis Joseph

quod unusquisque fecerit per loquelam. et non quod etiam per taciturnitatem facere studuerit. in iudicio sit querendum. Non enim sola commotionis illate qualitas. sed etiam appositum irritatis in noxa est. Et idcirco non quemadmodum iurgium fuerit excitatum si cuius conflagrauerit vicio. verum iudicis nostri perquiret examen. Affectus enim peccati non ordo considerandus est admittendi. Quid enim differt utrum quis gladio ipse peremerit fratrem an aliqua ad mortem fraude compulerit. cum ipsius eum dolo vel crimine constet extinctum. Quasi vero cecum in preceps manu propria non impigisse sufficiat. cum similiter reus sit qui periculum et imminentem iam foueam cum potuerit reuocare contempserit. aut ille solus in crimine sit qui manu sua quempiam laqueauerit. et non etiam is qui vel parauerit vel ingesserit laqueum. vel certe cum potuerit auferre nonauerit. Ita igitur tacere nihil prodest. si idcirco nobis indicamus silentium. ut quod agendum conuicio fuerat hoc taciturnitate faciamus. assimulantes quosdam gestus. quibus et ille queque curare nos oportuit vehementiori inarscenscat iracundia. et nos super hec omnia damno illius ac perditione laudemur. quasi vero non etiam ex hoc ipso quis criminiosior sit. quod gloriam sibi de fratris voluerit perditione conquirere. Utrique enim tale silentium erit equaliter noxium. quia sicut exaggerat in alterius corde tristitiam. ita in suo non permittit extinguere. Contra quos illa prophete satis proprie est directa maledictio. **De qui potat amicum suum. mittens fel suum. et inebrians ut aspiciat nuditatem eius. repletus est ignominia pro gloria.** Illud quoque quod per alium de talibus dicitur. **Quia omnis frater supplantans supplantabit. et omnis amicus fraudulenter incedet. et vir fratrem suum iridebit. et veritatem non loquetur. extenderunt enim linguas suas quasi arcum mendacium et non veritatis.** Sepe autem ficta patientia etiam acriter ad iracundiam quam sermo succendit. et atrocissimas verborum transcendit iniurias. ma-

ligna taciturnitas leniusque tolerantur in inimicorum vulnera quam iridentius subdola blandimenta. De quibus proprie dicitur per prophetam. **Dolliti sunt sermonos eius super oleum. et ipsi sunt iacula.** Et alibi. **Verba callidorum mollia. hec autem ferunt impenetrabilia ventris.** Quibus etiam illud potest eleganter aptari. **In ore pacem cum amico suo loquitur. et occulte ponit ei insidias. quibus tamen magis decipitur ipse qui decipit.** Nam qui preparat ante faciem amici sui rete. circumdat illud pedibus suis. et qui fodit foueam. primo suo incidet in eam ipse. Denique cum magna ad comprehendendum dominum cum gladiis et fustibus multitudo venisset. neo in auctoritate vite nostre illo cruentior extitit parricida. quam qui cunctos ficto salutatiois honore preueniens osculum subdole charitatis ingessit. **Cui dominus. Juda inquit osculo filium hominis tradis. id est. amaritudo persecutiois atque odij tui. hoc tegmen assumpsit. quo dulcedo vere amoris exprimitur.** Apertius quoque ac vehementius per prophetam vis huius dolor exaggerat. **Quia si inimicus inquit meus maledixisset mihi. sustinuissem utique. et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset. abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis dux meus et notus meus. qui simul mecum dulces capiebas cibos. in domo dei ambulauimus cum consensu.**

De his qui ex indignatione ieiunant. Cap. xix.

Mundum quoque plantam tristitie genus est. quod dignum commemoratione non fuerat. nisi id a nonnullis fratribus sciremus admitti. qui cum tristificati fuerint vel irati. ab ipso etiam pertinaciter abstinent cibo. ita ut quod etiam dicere absque pudore non possumus. illi qui dum placidi sunt refectionem cibi usque ad horam sextam. vel ut multum non negat se posse differre cum fuerint tristitia vel furore suppleti. ieiunia etiam biduana non sentiunt. tantaque in edie defectiois iracundie satietate sustentent. In quo plane

De amicicia

facilegij crimen euidenter incurrunt. ieiunia scz q̄ soli deo p̄ humilitione cordis & purgatione vicioꝝ sunt specialit̄ offerēda. p̄ diabólico tumore tolerātes. Q̄d tale est ac si orationes atq; sacrificia nō deo sed demonijs deferāt. illāq; moſaycam increpationē mereātur au dire. **S**a crificauerūt demonijs & nō deo. dijs q̄s ignorabant.

De quorundam simulata patientia qua marillas verberandam alteram ingerūt. Cap. xx.

Don ignoramus etiā aliud de mentie genus. q̄d s̄ colore fūca. te patientie in nōnullis fratribus inuenitur. quib; parū est iurgia commoisse nisi etiā instigatorijs verbis ut feriantur iritent. cum utiq; vel leui fuerint impulsione cōtracti. aliā quoq; partem corporis ingerūt verberandā. quasi per hoc perfectionē mandati illius impleuri quo dicitur. si quis te percusserit in dextera maxillā tuā. prebe illi et alterā. scripture vim ac p̄positū penitus ignorātes. **E**uangelicā namq; patientiā per iracūdie vicium exercere se putant. **O**b q̄d radicitus excidendum. nō solum vicissitudo talionis. et p̄certādi irritatio prohibet. s̄ etiam furores verberātis geminate iubemur iniurie tolerantia mitigare.

Interrogatio quemadmodum christi mandatis obtemperantes euangelica perfectioe fraudentur. Cap. xxi.

Ermanus. Quomodo respondendus est is qui precepto satisfaciens euangelico nō solum nō intulit talionē. s̄ etiā paratus ē ut sibi geminetur iniuria?

Responsio q̄ christus nō solum facti sed etiā voluntatis inspectus sit. Cap. xxii.

Ioseph. Sicut paulo ante dictus est. nō solum res ipsa que geritur. s̄ etiā qualitas mentis & p̄positum facientis est intuen dum. Et idcirco si id q̄d ab vnoquoq; perfici

tur. quo animo fiat. vel quo procedat affectu. intimo perpēdati cordis examine. videbitis patientie lenitatisq; virtutem nequa q̄ posse cōtrario spiritu. id ē impatientie ac furoris impleri. **S**iquidē dñs noster atq; saluator ad profundas nos instruens patientie lenitatisq; virtutē id est. nō vt labijs eā tantūmodo p̄feramus. s̄ vt intimis aīe nostre abditis recondamus. istā nobis perfectiois euāgelice formulā dedit dicens. **S**i quis te percusserit in dextera maxilla tua. prebe illi & alterā. subauditur sine dubio dexteram. **Q**uē alia dextera nisi interioris hominis virtus dixerim facies potest accipi. **P**er hoc omnē penitus iracūdie fomites & p̄fundis cupiens aīe penetralibus extirpare id est. vt si exterior dextera tua impetum ferientis exceperit. interior quoq; hō per humilitatis assensum dextera suā prebe at verberandā. cōpatiens exterioris hominis passioni. et q̄dammodo succūbens atq; subijciēs suum corpus ferientis iniurie. ne exterioris hominis cede vel tacitus intra se moueatur interior. **V**idetis ergo longe eos ab euāgelica perfectioe distare. que patientiā docet nō verbis. s̄ interiore cordis tranquillitate. suandā. eamq; a nobis cū quid aduersi euenerit ita precipit custodiri. vt nō solū nosmet ipsos alienos ab iracūdie perturbatioe fuemus. s̄ etiam illos qui suo cōmoti sūt vicio succūbentes iniurijs eoz ad placiditatem expleta cedis satietate cogamus. furores eorum nostra lenitate vincentes. **E**t ita etiā illud apostolicū implebim? **N**oli vinci a malo. s̄ vince in bono malo. **Q**uod ab illis impleri nō posse certissimū est. qui illo spiritu ac tumore verba lenitatis atq; humilitatis emittunt. vt nō solum nō mitigent p̄ceptū furoris incendiū. sed magis illud tam in suo q̄s in fratris cōmoti sensu faciāt conflagrare. qui tamē etiā si possent aliquo modo ipsi mites ac placidi permanere. nō sic q̄dem aliquos iusticie fructus caperēt. cujz damno proximi patientie sibi gloriā ven

De amicitia

Quis se ad dulcedinem referuat concordie morfuture amaritudinem pñtū non sentiet iurgiorum et ea potissimū re spondebit e quibus vel a semetipso reus fieri vel ab alio reprehēdi restituta charitate non possit sicq; adimplebit ppheticum illud eloquiū. In ira niememoz eris.

Quemadmodum sit iracundia compruenda. Cap. xxvij.

Quilibet ergo nos oportet omnia iracundie motus et gubernatrice discretione moderari ne illud quod a salomōe dānat, precipiti furorera premit. Totā irā suā pferit ipse sapiēs at dispensat per partes id est stultus quē ad ultionē sui ire perturbatiōe succenditur sapiens autem paulatim eam maturitate consilij ac moderationis extenuat et expellit. Tale est et illud quod ab apostolo dicitur. Nō vosmetipsos vindicātes charissimi sed date locū ire id est nequē ad vindictam iracundia cogente tēdatis sed date locum ire hoc est non sint corda vestra sic impatientie ac pusillanimitatis angustijs coartata ut violentā cōmotionis procellam cū irruerit sustinere nō possint sed dilatamini in cordib; vestris suscipiētes aduersos iracundie fluctus in illis extētis sinibus charitatē quā oīa suffert oīa sustinet et ita mēs vīa amplitudine longanimitatis ac paciētie dilatata habeat in se consilio salutare recessus in quibus receptus quodāmodo atq; diffusus teterrimus iracundie fumus protinus euanescat. Vel certe ita intelligendum est. Damus locum ire quotiens cōmotioni alterius humili atq; tranquillā mente succūbimus et quodāmodo dignos nos qualibet iniuria profites impatiētie seuenti obsequimur. Ceterū hi qui ita sensus apostolicę perfectionis inclināt ut locū ire illos dare existiment qui ab irascente discedunt videntur mihi dissensionū fomites nō abscedere sed nutrire. Nisi enī iracundia proximi humili statim satisfactione vincatur

prouocataz fugiēs potius q̄ declinat. Illud quoq; huic simile est quod salomō ait. Noli festinare i spiritu tuo irasci quia ira in sinu insipientium requiescit et noli pcurrere in rixam cito ne peniteat te in nouissimo. Neq; enī ita festinationē rixe vel iracundie culpā ut earundē approbet tarditatem. Similiter et illud suscipiendum est. Stultus eadem ipā hora pronūciat iram suā occultat aut ignominiam suā astutus. Non enī ignominiosā iracundie passionem ita a sapientib; occultari debere decernit ut iracundie velocitatem culpās nō prohibeat tarditatem quā utiq; si per necessitatem humane infirmitatis irruerit ideo censuit occultandam ut dū ad presens sapienter obtegatur impetuum debeat. Hec enī natura est ire ut dilata lāguēscat et pereat prolata vero magis magisq; cōflagret. Dilatanda ergo atq; āplianda sunt peccata ne angustijs pusillanimitatis arata iracundie turbulentis effibus operentur et recipere sicut prophetam illud nimis latum mādatum dei angusto corde nequeamus nec dicere cū propheta. Viam mādatoꝝ tuoz cūcurri cū dilatare cor meum. Nam quia longanimitas sapientia sit euidentissimis scripture testimonijs edocemur. Longanimus enim vir nimis in prudētia pusillanimis at valde insipiens ē. Et idcirco de illo quod sapientie donū laudabiliter a dño postulauit scriptura cōmemorat Et dedit dominus Salomoni sapientiaz prudentiamq; multam nimis et latitudinem cordis quasi arenā maris innumerabilem. **Amicitias coniuratione innitas firmas esse non posse.**

Cap. xxvij.

Illud quoq; multis ē experientis sepiissime cōprobatum nullo modo eos qui amicitiarū fedus coniurationis iniere principio idēruptam potuisse suare concordiaz sine quę eam nō pro desiderio perfectionis nec pro apostolice charitatis imperio s; pro

Capitula

amore terreno. 7 p̄ necessitate ac vinculu
pacti retinere conati sunt. sine qd̄ ille cal
lidissimus inimicus vt eos p̄uaricato
res sui faciat sacramenti. celerius ad irru
penda amicitiaru vincula p̄cipitat. Cer
tissima ergo est prudentissimoru virozu
illa sententia. vera concordia 7 individua so
cietate nisi inter emendatos mores. ei
demq; virtutis ac propositi viros stare
no posse. Hec de amicitia beat⁹ ioseph
spiritali narratioe disseruit. nosq; ad cu
stodienda sodalitates perpetua charita
tem ardentius incitauit.

**Explicit collatio prima abbatis
Ioseph de amicitia. Incipiunt
capitula collationis secunde eius
de senis de definiendo. Cap. i.**

- Q**ue vigilis q̄s pertulimus.
De abbat̄ germani anxietate su
per sponsiois n̄re recordatione.
Quid in ad hoc visum sit.
Interrogatio abbat̄ Ioseph no
straq; responsio vnde anxietas
emerisset.
Expositio abbatis germani cur
vel in egypto residere mallems
vel retraheremur ad syriam.
Interrogatio abbatis ioseph an
in egypto maior profectus nob̄
q̄ in syria conferretur.
Responsio de differentia instituti
onu vtriusq; pronincie.
Perfecti viri nihil absolute
debeat definire. vl̄ vtra sine pec
cato possint definita rescindere
Cp̄leruq; vtilius sit statuta ir
rumpere q̄ implere.
Interrogatio nostra de metu p̄
bite in cenobio syrie sp̄sionis
Responsio q̄ p̄positu gerētis no
negocij sit considerad⁹ effect⁹.
Ab om̄ puentis malignis auc
torib; non profuerint. nec b̄ois
mala gesta nocuerint.
Responsio nostra q̄ causa a nob̄
exegerit sacramentu sp̄siois.
Disputatio senis q̄ sine culpa ac

- tionis ordo mutetur dūmodo
boni studij capiatur effectus.
Interrogatio an absq; peccato
sit qd̄ infirmis nostra scientia
occasionē ingerit mētiendi.
Responsio q̄ no p̄pter infirmoz
scandalū scripturaruz veritas
sit mutanda.
Veniabilis mēdacio sancti tā
q̄ elleboro vli sint.
Obiectio q̄ illi tantum impune
mendacio vli sint qui sub lege
vixerunt.
Responsio eo q̄ licentia menda
cy que ne in veteri quidē indul
ta ē testamēto veniabiliter a ml̄
tis fuerit vsurpata.
Veniabile plerūq; mendaci
uz 7 noxiam veritatem etiam
apostoli esse censuerint.
An interrogantibus occultā cō
tinentiā sine mēdacio oporteat
ppalari. et an suscipienda sint q̄
semel fuerint recusata.
Obiectio q̄ oporteat quidem ab
scondi continentiam sed suscipi
recusata no debeant.
Responsio q̄ irrationabilis sit hui
us diffinitionis pertinacia.
Quomodo abbas pyamon suā
continentiā celare maluerit.
Testimonia scripturarum de cō
mutatis diffinitionibus.
Anō s̄m imēsitatē prescie diu
ina clemētia. s̄m p̄ntes ac
vl̄ imūeret vnūquēq; vl̄ p̄nat
Vsancti viri pertinaces ac du
n esse no possint.
Interrogatio an sit contrarium
predicte sententie illud qd̄ d̄
iurari 7 statui.
Responsio in quib; immobilis
definitio sit tenēda. et in qb; si
oportuerit rescindenda.
Quēadmodum debeat celanda
cōmitti.
Ribil super his q̄ ad vsum cō

Collatio xvii Abbatis Joseph

munis vite attinent definiendū.

Expliciūt capitula. Incipit collatio secunda abbatis Joseph de definiendo. **Lap. i.**

Recedē

Rte igitur collatiōe finitā. piterq; nocturno intercedēte silentio. cū fuisset a sancto abbate ioseph ad sepositā cellulā in secreto causa quietis adducti. et hmonib; et igne quodam in nostris cordibus excitato. totā noctē habuisset in somnem. egressi cellulā. et centū fere ab ea passib; secedētes. in loco remotiore consedim⁹.

De abbatis germani anxietate super sponsiois nostre recordatione. **Lap. ij.**

Quid agim⁹ in q̄t. Ingenti nā. q; discrimine nos videm⁹. et p̄ quā miserabili cōditōe p̄stricōl. q; ratio ip̄a conuersatioq; sancto rū qd salubris sit ad profectū vite spiritalis efficaciter docet. et eligere id qd expediat. data senioribus sponsio nō admittit. Etenim potuimus exēplis talitū ac tanto. uī viroz ad perfectiorē vitā p̄positū q; formari. nisi nos instanter ad cenobii recurrere promissi pactio coartaret. Quo si reuerli fuerimus. copia nob; vltimus huc remeādi nulla tribuet. Sin vero hic residentes desiderii nostrū maluerimus explere. quid agimus desponsionis fide. quā seniorib; nris velocissimuz reditū pollicētes. dedisse nos nouimus. vt vel cursim liceret nobis hui⁹ p̄uincie sanctos ac monasteria circumire. Cumq; sic estuātes. quid super statu salutis nostre definiendū esset. nequa q; inuenire possemus. solo gemitu testabamur durissime cōditōis necessitatē. accusantes teneritudinē frontis nostre. et ingeni-

tā nobis verecundiam detestantes. cui⁹ onere p̄grauati. etiā contra vtilitatem nostrā ac. p̄positum nostrū. retinentium p̄cib; alias non potuissent obsistere. nisi maturissimo reditu. repromisso huc venissem⁹. illi⁹ sc; nos pudorū vicio laborasse descentes. de quo dicitur est pudor affereus peccatum.

Quid mihi ad hoc visum sit.

Lap. iij.

Quam ego cōpendium in q̄ angustibus afferat nostris p̄siliuz immo auctoritas senis. ad quē oportet vt nostras sollicitudines defera. mus. et quicquid fuerit eius sententia. definitū. velut diuinū et celeste responsum cunctis estibus nostris terminuz ponat. Qd quidem nobis per os sancti huius a dño tribuendū. et ob illius meritū. et ob nostrā fidē minime dubitem⁹. Ipi⁹ enim munere salubre p̄siliū. et creduli ab indignis. et increduli a sanctis frequēter acciperēt. dño id vlt. p̄pter meritū respōdētū. vel p̄pter fidem consulentium largiente. His itaq; sermonibus a sancto abbate germano ea alacritate suscepit. ac si eos nō a memetipso s; instinctu domini protulisset. aduentum senis atq; instantē iam horā nocturne synax. eos paululū p̄solati. postq; eū solita salutatiōe suscepimus. et legitimus oronum atq; psalmoz impletus est numerus. isdem cursus quib; ad quietē cōpositi fueramus p̄satijs ex more consedimus.

Interrogatio abbatis Joseph nostraq; responsio vnde anxietas emerisset. **Lap. iij.**

Quam venerabilis Joseph deictiores nos animo p̄templatur atq; hoc nobis non sine causa cōficiēs. accidisse. illo nos patriarche ioseph h̄mone cōpellat. Cur itaq; vultus vestri tristis sunt hodie. Cui nos non sicut vinculati illi pharaonis milstri. somniū vidimus. et q̄ interpretur nō est. s; in somnē inquā duximus noctē. et q̄ estuz nrozū moles s; bleuet nō est. nisi eas dñs

Collatio XVII abbatis Joseph

tua discretionem submouerit. Tu ille. q̄ patriarche virtutem et merito referret et nomine. nōne per dominum inquit ē humanarum cogitationū curatio. proferrantur in medium. potens est enim diuina clementia fm fidem vestram nōo. eis medelam pretere consilio.

Expositio abbatis germani cur veli egypto residere mallems vel retraheremur ad syria. L. v.

Hec germanus. Credebamus inquit nos vestre beatitudinis visione. nō solum leticia spiritali. sed etiam profectu abunde repletos ad nostrum cenobium recursum. et ea que fuisset vestro magisterio p̄secuti a nobis post reditum vel tenni emulatione sectanda. Hoc enim et senioꝝ et n̄oꝝ dilectio sibi sponderenos cōpulis. dum sublimitate vite vestre atq; doctrine possenos aliquatenus imitari in illo cenobio crederemus. Unde cum ex hoc nobis omnē estimarem leticiaz conferendaz. intolerabili econtrario dolore conficimur. considerantes illo nos ordine id quod salutare nob esse cognoscimus obtinere non posse. Ex quo et ergo nunc latere coartamur. Si enī. p̄missioni quā senioꝝū charitate nos compellente coram cunctis fratribus in speleo i quo dominus noster ex aula vteri virginis effulsit. ip̄o teste de p̄missum satisfacere voluerimus. summū spiritali vite incurrimus detrimentum. Sin autē sponsonis immemores. et in his regionibus residentes. vtilitati perfectōis nostre illam voluerimus postponere pactionem. abrupta mendaciū nō implete p̄missionis pericula formidam. Sed ne hoc quidem estus nostros possumus releuare consilio. vt postq; velocissimo reditu sponsonis fuerit impleta cōditio. hec tēno loca celeri repetam recursum. Nam q̄uis ad profectum spiritalium rerum virtutemq; tendētibz. periculosa ac noxia sit etiam parua dilatio. tamen sollicitationem fidei nostre quāuis mo-

roso solueremus reditu. nisi nos non solum charitate verum etiaꝝ auctoritate seniorum nostrorum sciremus in exolubiler colligādos. ita vt remeandi ad hec loca nobis potestas deinceps nullomodo tribuatur.

Interrogatio abbatis Joseph an i egypto maior profectus nobis q̄ in syria conferretur.

Cap. vi.

M hoc beatus ioseph interposito aliquantisper silentio. certi iquit estis maiorem spiritalium rerum profectum in regione hac vobis posse conferri.

Responsio de differētia institutionum vtriusq; prouincie.

Cap. vii.

Sermanus. Quāuis etiaꝝ illorū doctrine summas grates repēdere debeam. q̄ nos docuerit a puulis magna conari. et dato bōi sui gustu. egregiā perfectionis sitim nris visceribus indiderunt. si quid tamen iudicio nostro creditur. nullam ducimus comparisonem inter hec atq; illa que illic percepimus instituta. vt silicam conuersationis vestre inimitabilem puritatem. quā vobis nō solum mentis ac p̄positi distictione. sed etiam locorum credimus beneficio patrocināte conferri. Antē nō dubitamus ad imitandam perfectionis vestre magnificentiā hāc q̄ cursum traditur doctrinam nō posse sufficere. nisi nobis etiaꝝ cōmorationis ipsius affuerint adiumenta. longiq; temporis eruditio quotidiana institutione torporem nostri cordis vtrūq; discusserit.

Q̄ perfecti viri nihil absolute debeant definire. vel vtrū sine pctō possint definita rescādere

Cap. viii.

Ioseph. Sanum quidem est atq; profectum. nostreq; p̄fessiononi omnino cōueniens. vt ea q̄

si aliqua sponsonem decernimus efficāci

De diffiniēdo vel nō diffiniēdo

ter impleam? Ob quā rez nihil oportet
abrupte monachum diffinire ne aut id
quod incaute promisit implere cogat. aut
consideratione honestioris intuitus reuo-
catus sponsiois sue preuaricator existat.
Sed quia nūc ppositum nobis est. non
tam de sanitatis statu quā de infirmitatis
curatione tractare nō quid priore loco a
vobis fuerit actitandum. sed quē admo-
dum de scopulo huius perniciosi naufrā-
gij possitis euadere salubri est consilio re-
quirendum. Quādo igitur nullus nos
coartat vinculum. nec vlla conditio cō-
stringit de cōparatione secundarum re-
rum optione pposita. id quod maioris ē
cōmodi prelegatur. quando vero aliq̄
dispensiorum obsistit aduersitas. in cō-
paratione damnosū illud est appetendū
quod lenioribus subiacet detrimētū. vt
quodam dictū est loco. De maximis ma-
lis minima deligas. Proinde quātū v̄ra
patefacit assertio. cū ad id vos loci spō-
sio incōsulta perduxerit. vt ex vtroq̄ vo-
bis grauis incōmodi subeunda iactura
sit. in eaz partem inclinandum est electi-
onis arbitriū. que vel tolerabiliora dis-
pendia inferat. vel satisfactōis remedio
facilius expietur. Si ergo maiora spiri-
tū vestro lucra ex hac commoratione
credatis conferenda. quā illa sunt que vo-
bis de cōuersatione illius cenobij nasce-
bantur. neq̄ sine iactura ingentiū cōmo-
dorū potest conditio vestre sponsionis
impleri. satius est hoc vos mendacij vel
nō implete promissionis subire dispendi-
um. quod semel preteritum nec ipsuz vl-
tra iam repeti. nec alia per semet poterit
generare peccata. quā in illud incidere. per
quod tepidioris vite vt dicitis stat? quā
diano vos atq̄ interminabili afficiat de-
trimētō. Veniabiliter enī imo v̄o etiā lau-
dabiliter definitio incauta mutabitur. si
ad salubriorem transeat partem. nec cō-
stante preuaricatio esse credenda est. quā
ens sponsio viciosa corrigitur. sed teme-
ritatis emendatio. Que omnia scriptu-
rarū quoq̄ possunt testimonijs apūlli

me comprobari. quā multis perniciosum
fuerit definitionibus proprijs in se fuisse. et ab
eis ecōtrario. desitisse cōmodum fuerit
ac salubre.

**¶ Plerūq̄ vtilius sit statuta ir-
rupere quā implere. Cap. ix.**

Quod liquidissime facti aposto-
li petri et inde traditoris exēpla
testatur. Ille enī quā discessit ab
inconsulte diffinitionis sententia qua dixe-
rat non mihi lauabis pedes in eternuz
immortale christi omniūq̄ sanctorū p̄sor-
tū promeretur. abscedens p̄culdubio
ab huius beatitudinis gr̄a. si in f̄mōis
sui obstinatione mansisset. hic vero perti-
naciā suę retinēs spōsionis p̄petua mor-
te damnatur. quā fuisse p̄culdubio libera-
tus. si definitionis suę maluisset desitu-
tor potius quā pertinax inueniri. Quod in il-
lis quoq̄ duobus filijs quā in euangelio ad
opationē vineę destinatur euidentissime
perdoceatur. quā vnus p̄ris resistit im-
perio. alius p̄na responsione p̄sensit. Sed
nec illi p̄fuit humilis obsequenda quā re-
sponsio. quia p̄ceptuz patris opere de-
tractauit implere. nec illi obfuit refraga-
tio in f̄ssionis. eo quā statuti f̄monis obsti-
tione mutata. scopon patris operis exe-
cutione cōplēnit. et id quod reprehensibili-
ter statuerat. definitione correctā lauda-
biliter emendauit. Recēdo et herodis cru-
entissimi regis exēplum. qui fidem incō-
sulter retinens sacramenti. cruentissimus
p̄cursoris domini exiit interemptor.
vanoq̄ timore penurij damnationi se-
metipsum atq̄ supplicij perpetue mortē
immersit. Damū enī est optima statu-
ere. quā et si aliter cesserit. sequēs est in me-
lius ea quā sunt statuta mutare. ordinatio-
nibusq̄ nostris iam iacentibus vt ita
dixerim manū dexterā porrigere. Ubi p̄-
cipia p̄siliij non approbantur. prudentia
ē vt vtili addita. puisione reparent. Si
claudicat ad p̄ma statuta dispositio. ad-
bitat ad sc̄da correctio. In omib; ergo
rebus considerandus est finis. et f̄m cū

Collatio xvii Abbatis Joseph.

propositi nostri dirigendus est cursus. quē si superveniente salubriore consilio ad deteriorē partē vergere viderim. rectius est incōgrua constitutione submotā ad meliorem transire sententiam. qm̄ statutis pertinaciter inherendo. peccatis gravioribus obligari.

Interrogatio nostra de mety p̄bite in cenobio syrie sponsiois

Cap. x.

Germanus. Quantū spectat ad desiderū nostrum quod a nobis pro spiritalis commodi utilitate susceptum est. optaremus edificari vestri iugitate p̄sortij. Si n̄ ad cenobium nostrum fuerimus reuersi. non solum nos ab hoc tam sublimi p̄posito relapsuros. sed etiam pro mediocritate conversationis illius multis certū ē dispendijs quatiendos. Verum illud nos evangelicum mandatū vehementer absterret. sit fermio vester est. nō nō. qd̄ aut̄ his abundantius est. a malo ē. Credim⁹ enim tantū transgressionem precepti nulla posse compensari iusticia. nec in extremis recte cedere. quod malo initio semel fuerit inchoatum.

Responsio q̄ propositum gerētis no negotij sit considerandus effectus.

Cap. xi.

Joseph. In omnibus vt diximus causis non processus operis. sed voluntas operantis est intuentia. nec statim quis quid egerit. s; quo voto egerit inquirendū. ita vt nō nullos pro his factis. de quibus bona postea orta sunt. reperiamus fuisse damnatos. et e contrario quosdam per reprehensibiles actus ad summam peruenisse iusticiam. Et nec illi utilis rerū exitus p̄fuit. qui pessimo regressus proposito. nō illam que subsecuta est utilitatē. s; quidam contrariam voluit operari. nec huic nocuit reprehensibiliter inchoasse. qui nō pro contemptu dei nec delinquendi proposito. sed necessarij et sancti finis intuitu. vituperabilis inijt susinuit ne-

cessitatem. Et vt hec eadem sanctay seripturay dilucidemus exemplis.

Aboni prouētus malignis auctoribus nō profuerint nec bonis mala gesta no cuerint.

Cap. xij.

Quid salubrius. quid vtilius vniuerso orbi potuit procurari. q̄ dominice passionis salutare remedium. Et tamen nō solum nō profuit. verum etiā intantū illi obfuit traditori. cuius ministerio probatur impletus. vt absolute pronuncietur d̄ illo. Bonū erat ei. si natus nō fuisset homo ille. Nō enim fm̄ hoc qd̄ euenit fructus illi est sui operis repensand⁹. s; fm̄ id qd̄ facere voluit. vel qd̄ effecturū se esse credidit. Et rursum. Quid criminiosius dolo atq; inēdacio. etiā in extraneū. ne dixerim in germanū patrēve cōmissio. Et tamē non solum nullam pro his dānationē aut rephensionē Jacob patriarcha p̄traxit. verū etiā p̄petua b̄ndictiois hereditate ditatus est. Nec immerito. qz̄ iſte benedictionē primogeniū destinātā. nō ex presentē lucri auaricia. s; ex fide sanctificationis p̄petue p̄cupiuit. et ille nō hūane salutis obtentu. s; filargie crimine morti tradidit oīm redēptorē. Et idcirco vtriq; eorum fructus operatiois sue fm̄ destinationez mentis ac p̄positū volūtatē ascript⁹ ē. qz̄ nec ille fraudē. nec ille salutem statuit operari. Illud enī p̄ retributionē mercedis iuste vnicuiq; rep̄sat. qd̄ p̄ncipalr̄ m̄te p̄cepit. nō q̄ exinde b̄n̄ vel male p̄ votū op̄at̄ emerſerit. Idq; iustissim⁹ iudex excusabile imo laudabile talē m̄dactij celsu it̄ p̄sumptorē. qz̄ sine eo ad b̄ndictionē p̄mitiuorū n̄ poterat puenire. Nec debuit in crimen vocari. qd̄ desiderio benedictiois exortū ē. Alioquin nō modo iniqu⁹ in fratrē p̄iarcha p̄dic⁹. s; etiā circūetoz in p̄rem et sacrilegus extinisset. si h̄ns aliā viā qua ad benedictiois illi⁹ grām pueniret. h̄ac que fratri damnosa esset ac noxia expetere maluisset. Videt ergo apud deum nō processum operis. s; desti-

De diffiniēdo vel nō diffiniēdo

nationem mentis inquiri. His itaq; p-
structis vt ad propositam questionē ob-
quam hec vniuersa premissa sunt reūta-
mur. respondeatis mihi primitus velim.
cuius rei causa vos illius sponsionis ne-
xibus vinceritis.

Responsio nostra q̄ causa a no-
bis exegerit sacramentū sponsi-
onis.

Cap. xiiij.

Ernannus. Prima vt dixi-
mus extitit causa. qua nostros
mestificare seniores ac preceptū
eorum obistere verebamur. Secūda q̄
siquid perfectum atq; magnificū vel vi-
su vel auditu percepissemus a vobis. cū
reuerſi ad cenobium fuissetis exercere
nos posse inconsultissima persuasiōe cre-
didimus.

Disputatio senis q̄ sine culpa
actionis ordo mutetur dūmo-
do bōi studij capiatur effectus

Cap. xiiij.

Ioseph. Sicut prefati sumus
destinatio mētis vel remunerat
hominem vel condemnat. fm il-
lud. Et inter se inuicem cogitationibus
accusantibus aut etiā defendētib; i die
qua iudicabit deus occulta hominum.
illud etiā ego aut opera et cogitationes
eorum venio vt congregē cū omib; genti-
bus et linguis. Quāobrem desiderio p-
fectionis vt video. hoc vos sponsiōis vi-
culo colligastis. du; credidistis illo eam
posse ordine comprehendere. quo nūc sup-
ueniente pleniore iudicio. ad sublimita-
tem eius consecrari nō posse respiciē. Nō
ergo preiudicat quicquid discrepās ab il-
la dispositione visum fuerit accidisse. si
modo nulla principalis illius. ppositi di-
uersitas subsequatur. Neq; enī opificij
cuiusq; desertio est demutatio ferramen-
ti. aut segnicem arguit viatoris. vie cō-
pendiosioris ac directionis electio. Ita
igitur et in hac parte emendatio disposi-
tionis improvide. nō spirital' voti est in-
dicanda transgressio. Quicquid enim p-
charitate dei et pietatē amore perficitur.

que promissiones habet vite que uenit et
et future. tā et si duris atq; aduersis vide-
atur principijs inchoare. non solum nul-
la reprehensione sed etiam laude dignis-
simū est. Et idcirco nihil p̄iudicat refra-
gatio sponsionis incaute. si quolibet ge-
nere scopos tantum. id est. proposita pie-
tatis destinatio teneatur. Omnia nāq;
ob hāc agim'. vt deo cor mundum exhibere
possim'. cuius p̄sumatio si i his loc' faci-
lior iudicat. nihil vobis oberit extor-
tione mutatio pactiōis. dūmodo p̄ncipal' illi' p-
fectio puritatis. p̄ q̄ sponsio v̄ra. p̄cesse-
rat. fm domini voluntatem maturi' ac-
quiratur. Nō enī ex hac immutatione
vllum potest iudicari mendacium. sed
inconsulte definitionis prudens saluta-
risq; correctio. Et vt etiā de p̄bificis qd̄
nodum propositae questionis absoluat.
aliquid inferamus. natura ip̄a in nobis
opera sua. de consilio diuine maiestatis
immutat. Quā ab infantia in puericiā.
de puericiā in iuuentā. de iuuentā in sene-
ctutis vltiora transferimur. atq; ita.
hec in nobis p̄ditiois nostri consumma-
tio peregit. vt ex hac permutatiōe nullū
mendacium ascribatur etati. Ita etiam
interior homo noster ablactatus a p̄mor-
diorum tenerrimis institutis. cum per di-
uersas p̄iectus etates ad robustiores.
de vnaquaq; profecerit. atq; exinde ad
canicem senium ac virum perfectum. et
mensuram etatis plenitudinis christi p-
ueniens. deponit ea que erant paruu-
li. nunquid varietatem incurrisse mēda-
cij. et non potius perfectionis plenu-
dinem consecutus esse credendus est.
Sic erudimēta veteris instrumenti. dis-
pensatione legislatoris dei. ad perfectio-
nem beatitudinis euangelice transferūt.
nec tamen ex hoc immutatio aut di-
uersitas p̄terite sanctiōis interuenisse
credenda est. sed adimpletio et cumulus
sublimiorum et celestium preceptorum.
nec sacre promulgationis illius estiman-
da est abolitio sed ascensus. nec varietas
sed profectus. Unde et dñs noster.

Collatio xvii Abbatis Joseph.

Nolite inquit estimare quod veni solvere legem aut prophetas non veni solvere sed adimplere id est non antiquare priora sed ad perfectionem perducere imperfecta.

Interrogatio an absque peccato sit infirmus nostra conscientia occasione iegerit mentiri. Cap. xv.

Germanus. Quantum spectat ad vim sermonum qui rationabiliter prudenterque digesti sunt haud difficile sponsonis nostrae scripturas a nobis potuisset extrahi nisi illud nos vehementissime deterreret quod infirmioribus quibusque intromitti fortasse per hoc videtur exempla occasio mentiri si vel modo pacti fidem licito dissolvi posse cognoverint quippe cum tantis hoc ipsius et tam minacibus interdicatorum eloquiis propheta dicente. Perdes omnes qui loquuntur mendacium et os quod mentitur occidit animam.

Responsio quod non propter infirmorum scandalum scripturarum veritas sit mutanda. Cap. xvi.

Joseph. Occasiones causasque perditionum his qui perituri sunt immo qui perire desiderant esse non possunt. Neque enim abiicienda sunt testimonia scripturarum ac de suo corpore penitus abradenda quibus vel hereticorum pravitas animatur vel indeorum infidelitas obduratur vel tumor sapientie gentilis offenditur sed utique et pie credenda et immobiliter sunt tenenda et secundum veritatis regulam predicanda. Et idcirco non debemus aliene infidelitatis obtentu economias id est dispensationes prophetarum atque sanctorum quae scriptura commemorat abdicare ne dum infirmitati eorum condescendere debere nos credimus non solum mendacium verum etiam sacrilegij crimine polluamur sed quemadmodum diximus oportet nos ea et secundum historiam profiteri et quemadmodum pie gestata sunt explanare. Ceterum his qui pra-

ni propositi sunt non ex hoc mentiri adhiberi obstruatur si earum rerum quas vel prolaturi sumus vel protulimus veritates aut penitus abnegare aut extenuare allegoricis interpretationibus laborem. Quid enim illis horum testimoniorum nocebit auctoritas quibus etiam sola corruptio voluntatis sufficit.

Quod venialiter mendacio facti tamen eleboro vtili sunt. Cap. xvii.

Hic taliter de mendacio sentiendum atque ita eo utendum est quasi natura ei insit ellebori. Quod si imminente exitiali morbo sumptum fuerit fit salubre ceterum absque summi discriminis necessitate perceptum presentis exitus est. Ita namque etiam sanctos ac probatissimos deo viros venialiter legimus vfos fuisse mendacio sicut raab cuius non solum nulla virtutum sed etiam impudicicie monumenta commemorat scriptura pro tali mendacio quo exploratores maluit occultare quam prodere ad miseriam populo dei eterna benedictione promeruit. Quae si veritatem loqui aut saluti civium consulere maluisset nulli dubium quod nec imminet cum universa domo sua fugisset interitum nec auctoribus dominice natiuitatis inserta et in patriarcharum annumerata catalogo per successionem suae prolis edere meruisset omnium saluatore. Denique dalila quae veritati civium consulens exploratam prodidit veritatem perpetuae perditionis vicissitudinem consecuta solam criminis sui cunctis memoriae dereliquit. Quando igitur grave aliquod imminet de veritatis confessione discrimen tunc mendaciorum sunt recipienda perfugia ita tamen ut reatu humilis conscientie salubriter mordeamur. Ubi autem nulla condicio summe necessitatis incubit omni cautione mendacium velut mortiferum vitandus est quemadmodum de ellebore diximus potius quod salubre est quod si tunc

De diffiniēdo vel nō diffiniēdo

remum sanatur. cum inevitabilis atq̃
mortifera imminet egritudo. Sin vero
integra & imperturbata corporis sanita
te sumatur. statim ad preoccupanda vi
talia vis perniciosa pertendit. Quod de
raab hierichōtina. & d' iacob patriarcha
evidenter ostensum est. e quibus nec illa
mortem alias q̃ hoc remedio potuisset
evadere. nec iste ad benedictionem p̃mo
geniti pervenire. Non enim deus verbo
rum tantum actuūq̃ nostrorū discussor
et iudex. sed etiam propositi ac destinati
nationis inspector est. Qui si aliquid cā
salutis eterne ac divine contemplatiōis
intuitu. ab vnoquoq̃ vel factum vide
rit. vel promissum. tam & si hominib; du
rum atq̃ iniquū esse videatur. ille tamē
intimā cordis inspiciēs pietatem. nō ver
borum sonum. sed votum diiudicat vo
luntatis. quia finis operis & affectus cō
siderandus est. perperantis. quo potue
runt quidam. vt supra dictum est. etiam
per mendacium iustificari. et alij per ve
ritatis assertionē peccatū perpetue mortis
incurrere. Ad quem finem etiam iacob
patriarcha respiciens. hispidam frater
ni corporis specie obvolutione pellium
simularenō timuit. et instiganti ad hoc
mendacium matri laudabiliter acquie
vit. Videbat enim ex hoc maiora sibi lu
tra benedictiōis atq̃ iusticie. q̃ p̃ simpli
citate obseruantia conferenda. Nō n
dubitabat mendacij huius maculā in
undatione paterne benedictionis protin
nus abluendam. et velut nubeculā quā
dam flatu spiritus sancti velociter aufer
endam. atq̃ vberiora sibi per hanc affe
cticiā simulationē. quā per illam inge
nitam veritatē. meritorum premia con
ferenda.

Objectio quilli tantus impune
mendacio vli sint qui sub lege vi
xerunt. **Lap. xvij.**

Ormanus. Non mirum est
has dispensationes in veteri te
stamento licentius usurparas.
ac nōnūq̃ viros sanctos veniabiliter su

isse mentitos. cum multo maiora eis pro
tempoz rudimentis licuisse videamus.
Cur enī mirum sit. q̃ beatus David fir
giēs saulem. per cōtanti achymelech sa
cerdoti atq̃ dicēti. quare tu solus & nul
lus est tecum. ita respondit. Rex inq̃t pre
cepit mihi sermonem. et dixit. Nemo sci
at rez. p̃pter quā missus es. nam & pueris
condixi in illū & in illū locū. **E**t iterū. Si
habet hic ad manū hastam aut gladiū.
quia gladium meū et arma mea nō tulī
mecū. sermo enim regis vrgebat. **U**el il
lud. **C**uz perductus ad achis regē geth
ifanū se furiosumq̃ simulavit. ac muta
uit os suum coram eis. et collabebatur ī
manus eorum. & inpingebat in ostiū por
te. defluabantq̃ salivę ei⁹ in barbā. **C**ū
etiam vxorū p̃cubinarūq̃ gregib; licito
fruerentur. nec vlluz eis imputaretur ex
hac parte peccatum. insuper etiā inimicorū
sanguinē. p̃pria manu frequēte effū
derēt. idq̃ nō solū nō reprehensibile. ve
rum etiam laudabile crederet. **Q**ue ita
nunc euangelio choruscante videm⁹ om
nimodis interdicta. vt sine ingēti crimie
ac sacrilegio hoz q̃c̃q̃ nō possit admitti.
In quē modū nec mendaciū vlluz q̃li
bet pio colore contextum. nō dicā proba
biliter. sed nec veniabiliter a quoq̃m cre
dimus vsurpari. dicente dño. sit sermo
vester. est est. nō nō. qd̃ autē his abundā
tius ē a malo est. **A**p̃stolo quoq̃ in ea
dem congruente. **N**olite mentiri inuicē.
Responso eo q̃ licentia menda
cy quene i veteri quidē idulta
e testamento veniabiliter a mul
tis fuerit vsurpata. **Lap. xix.**

Ioseph. **A**xorum quidē p̃cu
binarūq̃ multaz antiqua illa
libertas. instante iam temporū
fine. et multiplicatione humane genera
tionis expleta. nō immerito velut minus
iam necessaria per euangelicam perfecti
onem debuit amputari. **N**am vsq̃ ad
aduentū christi oportuit benedictionē
primordialis illi⁹ vigere. sine q̃ dictū ē.
Crescite & multiplicamini & replete trā.

Collatio XVII Abbatis Joseph.

Et idcirco iustissimū fuit vt ex illa radi-
ce fecunditatis hūane quę in synagoga
pro dispensatiōe temporis vtiliter vige-
rit angelice virginitatis flosculi germina-
rent ac suauolentes continentie fructus
in ecclesia gigneretur. Mendacia vero
etiam tunc fuisse damnata totius veteris
instrumenti textus euidenter ostendit di-
cens. **Perdes omnes qui loquuntur me-
daciū. Et iterum. Suavis est homini
panis mendacij et postea replebitur os
eius calculo. Et ipse legislator. medaciū
inquit fugies. Sed tunc demū id venia-
biliter diximus vsurpatum. cū ei necessi-
tas aliqua seu dispensatio salutaris ad-
iuncta est. ob quā nō debuerit cōdemna-
ri. quale est illud quod commemorastis
de **Dauid** rege. cum fugiens insectatio-
nē saulis iniustam. ad achimelech sacer-
dotem. non proposito cuiusq; lucri. nec
studio ledendū quempiam. sed vt tantū-
modo semetipsum ab impijsima eius in-
sectatione saluaret. mendacibus vtitur
verbis. quippe qui manus suas inimici
regis sanguine. et quidem a deo sibi toti-
ens traditi. contaminari noluerit dicens.
**Propicius mihi sit deus. ne faciam re-
hanc domino meo christo dñi. vt mittā
manum meam in eum. quia christus do-
mini est. Et idcirco dispensationes has
quas vel ob voluntatem dei. vel ob p̄figu-
rationem spiritualium sacramentorū. vel
ob quorundam salutem sanctos viros in
veteri testamento legim⁹ executos. intan-
tum nos quoq; cum necessitas coarta-
uerit nō possumus abdicare. vt ne ipsos
quidem apostolos. vbi consideratio ali-
cui⁹ vtilitatis exegit. ab eis declinasse cer-
namus. Quę paulisper interim differē-
tes. digessis primitus quę adhuc de ve-
teri testamento proferre disponimus. p̄
hec congruentius inferemus. vt facili⁹ ap-
probetur viros iustos et sanctos. tam in
nouo q̄m in veteri testamēto in his gono-
mij sibi per omnia concordasse. Quid
enī d illa chusi ad absalon pro salute re-
gis dauid piā simulatione dicim⁹. quę****

cum toto fallentis et circumuenientis p̄-
matur affectu. et vtilitatē consulenti im-
pugnet. scripture diuine testimonio cō-
probat. ita dicenti. dñi autē nutu dissipā-
tum est consiliū achitofel vtilē. vt indu-
ceret dominus super absolō malū. **Nec
enī reprehendi poterat id qd recto. p̄posi-
to ac pio iudicio pro istis partibus ge-
rebatur. ac pro illius cui⁹ pietas deo pla-
cebat. salute atq; victoria. religiosa fue-
rat simulatione cōceptum. Quid etiam
de illius femine pronūciabim⁹. factō. q̄
suscipiens illos. qui ad regē dauid a pre-
dicto chusi fuerāt destinati. abscondit in
puteo. et expādes velamen super os ei⁹.
cuz p̄nsanas se torrere simulasset. tran-
sierunt inquit gustata paululum aqua.
atq; hoc eos figmento. ab insequentium
manib; liberauit. **Quis. p̄pter. responde-
te queso mihi. qd fuissetis acturi. si qua
vobis nunc sub euangelio constitutis si-
milis fuisset exorta conditio. vtrū nā ma-
lissetis eos simili celare mendacio dice-
tes eodez modo. transierūt gustata pau-
lulū aqua. et implere illud quod precipi-
tur. erūe eos qui ducuntur ad mortē. et re-
dimere eos qui interficiuntur ne parcas-
an veritatis confessione latitantes prode-
re perempturis. **Et vbi illud apli. **Re-
mo quod suum est querat. sed quod alte-
rius. et charitas nō querit quę sua sunt.
sed ea q̄ aliorum. **Ac de seipso. **Nō q̄ro
inquit quod mihi vtilē est. sed qd multū.
vt salui fiant. **Si enī ea quę nostra sunt
querimus. et id quod nobis vtilē est per-
tinaciter volumus retentare. etiaz in hu-
iusmodi necessitatibus loqui nos neces-
se est veritatem. et reos fieri mortis aliene
**Si vero ea quę alijs salutaria sunt. n̄ris
vtilitatibus preponētes. apostolico sa-
tisfecerimus imperio. sine dubio subeū-
da est nobis necessitas mentiendi. Et id
circo nec integra charitatis viscera pos-
sideo. nec ea quę aliorum sunt. fm apo-
stolicam disciplinam querere poterim⁹.
nisi his quę distractioni nostre perfecti-
oniq; conueniunt paululum relaxatis****************

De diffiniēdo vel nō diffiniēdo

condescendere vtilitatibus aliorum pro
no maluerimus affectu. et ita cum aplo
infirmis efficiam infirmi. vt lucrari pos
simus infirmos.

**Veniabile plerūq; mendaci
um et notiam veritatem etiam
apostoli esse censuerit. Cap. xx.**

Quibus eruditus exemplis bea
tus quoq; aplos Jacobus om
nesq; illius ecclesie primitiue p
cipui principes apostolorum Paulum ad
simulationis signēta descendere. p im
becillitate infirmātiūm cohorant. cuiq;
purificari fm obfuantia legis. caput ra
dere. vota offerre cōpellūt. p̄is illō dis
pendiū. quod ex hac hypocrisi gigneba
tur nibili reputātes. s̄ cōtemplantes po
tius lucra. q̄ erant ex illius diutina p̄di
catione parienda. Non enī tantū aplo
paulo lucrū ex hac eius fuerat districtio
ne collatū. quātū celeri eius exicio vni
lis gentib; detrimētū. Quod sine dubio
vniuerse tunc euenset ecclesie. nisi illuz
hec vtilis ac salubris hypocrisis predica
tioni euangelice reseruasset. Tunc enim
necessario ac veniabiliter acquiescit mē
daci detrimētō. quando maius vt dixi
mus imminet de veritatis confessiōe. dis
pendiū. 7 vtilitas que nobis de veritate
confertur. cōpensare illa que generanda
sunt damna nō preualet. Qd tempera
mentū etiā alijs verbis idem beatus aplos
vbiq; seip̄ tenuisse testatur. Nā cū dic
factus sum iudeis tāq; iudeus. vt iude
os lucrifacerē. his qui sub lege erāt. qua
si sub lege essem. cum ip̄e s̄ lege nō essey
vt eos qui sub lege erāt lucrifacerē. his
qui sine lege erant. tanq; sine lege essem.
cū sine lege dei nō essem. s̄ in lege essem
christi. vt eos qui sine lege erant lucrifa
cerem. factus sum infirmis infirmus. vt in
firmos lucrifacerē. oibus omnia factus
sum vt omnes facerem saluos. quid ali
ud ostendit. q̄ fm infirmitatem atq; mē
suram eorum qui instituebantur p̄desce
disse se semper. et a perfectiōis rigore ali
quid relaxasse. nec tenuisse se id qd distri

ctio rigida p̄scere videbatur. sed illud
magis preposuisse qd infirmantium vti
litas exigebat. Et vt hec eadem attenti
us indagantes. singillatim apostolicaz
virtutum insignia replicem. queret ali
quis quomodo omnibus per omnia be
atus apostolus suam probetur aptasse
personam. Ubi factus ē iudeis sicut iu
deus. P̄fecto ibi. vbi illam sententiā
intimo corde custodiens. quā galathis
denunciauerat dicēs. ecce ego paulus di
co vobis. qd si circūdamini christi vob
nihil proderit. in thimothēi tamen circū
cisiōne imaginem quodammodo iuday
ce superstitionis assumpsit. Et rursus.
Ubi factus est eis qui sub lege erāt tāq;
sub lege esset. Nempe ibi. vbi Jacobus
omnesq; seniores ecclesie formidantes.
ne in eum illa irrueret. Iudeorum cre
dentium. immo christianorum iudaiā
tium multitudo. que p̄ta fidem christi
receperat. vt adhuc ritu ceremoniarum
legalium teneretur. discrimini eius hoc
consilio ac persuasione succurrerunt di
centes. Vides frater. quot milia sint in
iudeis qui crediderunt. et hi omnes
emulatores legis sunt. Audierunt autez
de te quia discessionem doceas a moyse
eorum qui per gentes sunt iudeorum. di
cēs nō debere eos circūcidere filios su
os. Et infra. Hoc ergo fac quod tibi di
cimus. Sūt nobis viri quattuor votū
habentes super se. His assumptis sa
ctifica te cum illis. et impende in illis vt
radant capita. et scient omnes quoniam
ea que de te audierunt falsa sunt. s̄ am
bularas et ip̄e custodiens legem. Et ita p̄
illoz qui sub lege erāt salute. illā pau
lisper districtiōnem sententię sue calcās.
qua dixerat. ego enim per leges legi mor
tuus sum vt deo vitam. caput radere.
purificari fm legem. atq; in templo mo
sayo ritu vota offerre cōpellitur. Que
ris etiā vbi. p̄ salute eozū qui legē dñi pe
nitus ignorabāt. tāq; 7 ip̄e sine lege eēt
effectus sit sine lege. In athēniensi vrbe
vbi gentiliuz vigeat impietas. q̄ vsus

ant v r

1128

Collatio XVII Abbatis Joseph.

241 A
1007 8

fit pdicatiois serordio attēde. **P**reteries
inqt vidi simulachra vestra 7 araz in q̄
erat scriptū. **I**gnoto deo. **C**ū q̄ de eoz
superstitione fmonē fuisse orditus tan-
q̄ si 7 ipse sine lege esset. sub occasione p̄
fani illius tituli fidem christi intulit di-
cens. **Q**uod ergo vos ignorātes colitis. **E**
ego annūcio vob. **E**t post pauca velut
si diuine lege penitus esset ignarus. gen-
tilis poete versum potius q̄ moysi aut
christi maluit proferre sententiā. et sicut
quidam in quies vestrū poetarū dixerūt
ipius enī 7 genus sumus. **C**um itaq̄ su-
is eos q̄ refutare nō possent testimonijs
fuisse aggressus. ita de falsis vera cōfir-
mans subdidit dicēs. **G**enus ergo cū si-
mus dei. nō debem⁹ estimare auro vl ar-
gēto aut lapidibus sculpture artis 7 co-
gitationi hominis. diuinitatē esse simile.
Infirmis aut infirmus effectus est. cum
fm indulgentiā nō fm imperiū bis q̄ se
continere nō poterant. in idipsum redire
concessit. siue cum lacte nō esca corinthi-
os potans. in infirmitate 7 timore et tre-
more multo apud eos fuisse se dicit. **O**m-
nia aut omib⁹ factus est. vt omēs faceret
saluos. cum dicit. qui manducat nō mā-
ducantē nō spernat. 7 q̄ nō māducant mā-
ducantē nō indicet. et qui matrimonio
iungit aginē suā bene facit. et qui nō iū-
git melius facit. **E**t alibi. **Q**uis inq̄t in-
firmatur 7 ego nō infirmor. quis scanda-
lizatur 7 ego nō vroz. **A**tq̄ hoc modo il-
lud qd corinthijs preceperat adimpleuit
dicens. **S**ine offensione estote iudeis et
grecis 7 ecclesie christi. sicut 7 ego p om-
nia omnib⁹ placeo. nō querens qd mi-
hi vtile est. s̄ qd multis. vt salui fiāt. **U**n-
le enī sine dubio sibi fuerat thimothēū nō
circūcidere. caput nō radere. purificatiōz
iudaicā nō assumere. nō dipedalia nō ex-
ercere. vota legalia nō offerre. s̄ facit hęc
omnia dū illozū saluti plus consulit. qz
r. o querit qd sibi vtile est. s̄ qd mult⁹. vt
salui fiāt. **Q**uod quānis cōtēplatiōe dei
sit fact⁹. tñ simulatione nō caruit. **Q**ui
enī per legem christi legi mortuus fuerat

vt deo viueret. qui q̄ illam institū legis
in qua conuersatus fuerat sine querela
detrimentū fecerat. et arbitrabat vt ster-
cora vt christū lucrifaceret. ea que legis
erant. vero cordis affectu offerre nō po-
tuit. nec fas est credi eū qui dixerat. si enī
q̄ destruxi. hęc itez reedifico. preuaricato-
rem me consulto. in id incidere qd ipse
damnauerat. **E**t intantū nō magis res
ipsa que geritur q̄ gerentis pensat affe-
ctus. **E**t econtrario quibusdā reperia-
tur veritas nocuisse 7 profuisse mendaci-
um. **N**ā doech ydumens. regi sauli d̄ su-
ga dauid coram famulis conquerētī ac-
dicenti. nunquid omib⁹ vobis dabit
filius iesse agros et vineas. et vnuerfos
vos faciet tribunos et centuriones. qm̄
coniurastis omnes aduersus me. et non
est qui mihi renūciat. quid nisi verū pro-
didit dicēs. **Q**uidi filiū iesse in nobe apd
achymelech sacerdotē. qui cōsuluit p eo
dñm 7 cibaria dedit ei. s̄ 7 gladiū. **S**oli-
ath philisti dedit ei. **P**ro qua veritate
eradicari de terra viuentiū meruit. ac de
eo dicitur per pphetam. **P**ropterea de⁹
destruet te in finem. euellet te. et emigra-
bit te de tabernaculo. et radicē tuā d̄ ter-
ra viuentiū. **E**x illa igitur terra hic p in-
dicio veritatis perpetua eradicatione cō-
nellitur. in qua raab meretrix pro mēda-
cio cum sua cognatione plantatur. **S**ic
etiā s̄apson illā diu occitata in dicio ve-
ritatē impie coniugi perniciosissime pro-
didisse reminiscim⁹. cui p̄pterea receptio-
nem intulit veritas inconsultissime pa-
refacta. quia illud mandatū p̄pheticum
custodire neglexit. **A**b ea que dormit i si-
nu tuo. custodi claustra oris tui.

**¶ An interrogantibus occultam
continentia sine mendacio opor-
teat propalari. et an suscipienda
sint que semel fuerint recusata.**

Cap. xxi.

Et vt exempla quedam de nris
quoq̄ inenitabilibus ac pene
quotidianis necessitatib⁹ profe-
ramus. q̄s quātalibet obfuantia nūq̄

De diffiniēdo vel nō diffiniēdo

ita possumus precauere. vt nō vel inuiti vel volentes cogamur in eas incurrere. Quid queso faciendū est. cum refectionem procrastinare disponētibz nobz. vtrū refecerimus ad vesperaz frater adueniens perconatur. celandum ne ieiunium est et virtus parsimonie ptegeda an xitatis pessione pdēda. Si celam⁹ vt dominico satisfaciāmus iperio quo dicitur. non videaris hominibz ieiunās sed patri tuo qui est in abscondito. et iterum. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. pfecto mentimur. Si virtutez continentie ppalamus. euangelica nos sententia iure percellit. Amē dico vobis receperunt mercedem suā. Quid si oblatū a fratre quispiā poculum cum definitione renuerit. absolute accepturū se esse tenegans. qd ille gaudens aduentu eius supplicat vt sumatur exorat. Rectū ne est vt fratri ad genua puoluto. in terramqz pstrato. qui non nisi his officijs viscera charitatis expleturum esse se credit. etiam cū labore suo pareat. an in sermonis sui atqz propositi pertinacia perseueret.

Obiectio qd oporteat quidē abscondi continentiam sed suscipi recusata nō debeat. **Cap. xxiij.**

Germanus. In illo quidē superior exemplo dubium vt credimus nō est. quin expediat abscondi continentiam nostrā potius q̄ per cōstantibz prodi. ac super huiuscemodi causis nos quoqz fatemur inuitabile esse mendaciū. In secundo autē nulla nobis incūbit necessitas mentiēdi. Primum quia possumus ea que fratru ministerio porriguntur ita renuere vt nullo nos definitionis vinculo colligem⁹. deinde qd semel renuētes possumus immobilē tenere sententiam.

Responso qd irrationabilis sit huius diffinitionis pertinacia. **Cap. xxiiij.**

Ioseph. Has diffinitiones illorum monasteriorum esse non dubium est. in quibus renunciationis vestre vt dicitis rudimenta formata sunt. quoz p̄ncipes fratru refectioni suas assolent preponere voluntates et obstinatissime id qd semel mēte pcepserint exequuntur. Ceterū seniores nostri q̄rum fidei apostolicarū signa virtutū testimonium reddiderūt. quiqz vniuersa iudicio potius ac discretionē spūs. quā rigida animi obstinatione gesserūt. eos q̄ alienis infirmitatibus acquiescerent. multo vteriores fruct⁹. q̄ eos q̄ in suis definitionibus perdurarent. capere celsū est. sublimiorisqz pronūciauerunt esse virtutis. contegere potius continentiam necessario hoc vt dictum est humiliqz mēdacio q̄ patefacere superbo veritatis indicio.

Quomodo abbas pyamon suam continentiam celare maluerit. **Cap. xxiiij.**

DEniqz abbas pyamon post viginti et quinque annos oblatam sibi a quodam fratre vna ac vinum absqz hesitatione suscipiens. confessim ea que ingesta fuerant. contra cōsuetudinem degustare. quā ignote cunctis continentie maluit propalare virtutem. Nā si illud qz considerare velim⁹. qd seniores nostros incūctanter fecisse meminimus. qui mirabilia virtutū suarū. vel pprios actus quos necesse erat ad instructionem iuniorum i collatione proferri. sub aliorū solebant colorare personis. quid aliud possumus q̄ a pertū sup his iudicare mēdaciū. Atqz vtinā nos q̄qz dignū aliquid haberemus. qd ad incitandam fidem pponi iunioribz posset. pfecto minime vereremur huiuscemodi illorum figmenta sectari. Rectius enī est sub talis figure colore mentiri. q̄ p obstantia irrationabili istius veritatis. aut ea que audientes edificare potuerant. incogrua taciturnitate contegere. aut si ex nostra persona veraciter proferantur. iactantiam noxie vanitatis incurrere. Ad qd

Collatio xvii abbatis Joseph

etiam nos magisterio suo doctor gentium
evidenter instituit. qui revelationum suarum
magnitudinem ex altero maluit proferre
sona dicens. Scio hominem in christo. si
ne in corpore. siue extra corpus nescio. de
scit. raptum usque ad tertium celum. et scio
huiusmodi hominem quia raptus est in pa
radisum. et audivit ineffabilia verba que
non licet homini loqui.

Testimonia scripturarum de com mutatis definitionibus

Cap. xv.

Non possibile nobis est. breuiter
vniuersa percurrere. Quis etenim
enumerare sufficiat omnes pro
pmodum patriarchas. sanctosque in nu
merabiles. alios pro vite tutamine. alios
pro benedictionis desiderio. alios pro mi
sericordia. alios pro alicuius occultatione
mysterij. alios pro celo dei. alios pro examina
tione veritatis. patrociniis ut ita dixeris
assumpsisse mendaciam. Que sicut enume
rari cuncta non possunt. ita pretermitti pe
nitus vniuersa non debent. Nam beatus
ioseph pietas compulit ut falsum fratribus
crimen etiam cum obtestatione regie salutis
impingeret dicens. Exploratores estis. in
firmiora terre venistis inspicere. Et infra.
Dittite inquit ex vestris vnum. et adducite
fratrem vestrum huc. vos autem custodiemini
hic. usque dum manifesta fiant verba ve
stra. an verum dicatis. an non. sin autem. per
salutem pharaonis exploratores estis. Si
enim non eos hoc misericordiam mendacio ter
ruisset. nec patrem fratresque reuifere. nec eos
in tantis inopie periculis alere. nec consci
entiam postremo fratrum a reatu venditionis
sue expurgare potuisset. Non ergo tam
reprehensibile fuit metum fratribus incul
sisse mendaciam. quam sanctum atque laudabile
occasione ficti periculi inimicos ac ven
ditores suos ad salutarem penam compulsi
se. Denique cum grauissime in simulationis
irgeretur inuidia. non illius quam falso obij
ciebatur. sed anterioris criminis conscientia
frangebatur. dicentes adinnice. Verito
hec patimur. quia peccauimus in fratrem

nostrum. quod despicimus tribulationem anime
eius. cum rogaret nos et non audire
mus eum. propter hoc venit nobis omnis tri
bulatio hec. Que quidem confessio. non
solum apud fratrem. in quem impia crudeli
tate peccauerat. verum etiam apud deum huius
litate saluberrima. tantum eorum facinus ut
credimus expiauit. Quid salomon qui
perceptum a deo sapientie donum. in primo iu
dicio suo non nisi assumptione mendaciam
declarauit. Nam ut veritatem que mulie
ris mendacio tegebatur exculperet. etiam
ipse mendaciam utique astutissime excogita
ti usurpauit auxilium dicens. Afferte mi
hi gladium. et diuidite infantem viuum in
duas partes. et date dimidiam partem vni
et dimidiam partem alteri. Que simulatio
crudelitatis. cuius vere matris viscera pro
mouisset. ab ea autem que mater non erat
laudaretur. tunc demum sagacissimo xita
tis iudicio illam sententiam promulgauit.
quam nemo a deo inspiratam esse non cre
didit. date inquit huic infanti viuum
et non occidatur. hec est enim mater eius. Pro
inde nec deere nec posse nos vniuersa com
plere. que vel cum quiete animi vel cum com
motione decernimus. etiam alijs scriptu
rarum testimonijs copiosius edocemur. que
bus vel viros sanctos vel angelos vel ip
sum omnipotentem deum. ea que definitant
frequenter legimus immutasse. Nam beatus
dauid cum iurissuradi definitione decre
uit dicens. Hec faciat deus inimicum dauid.
et hec addat. si reliquero de omnibus que
pertinent ad nabal usque mane mingentes
ad parietem. Et continuo intercedente abi
gail uxore eius ac pro eodem supplicante.
remittit minas. mollit sententiam. et ma
uult transgressor. propositi iudicari. quam sa
menti sui fidem cum crudelitatis executio
ne huare dicens. Venit dominus. nisi cito ve
nisset in occursum mihi. non remansisset
nabal usque ad lucem matutinam mingens
ad parietem. Cuius sicut illam precipitis sa
cramenti facilitatem que de perturbate
mentis commotione descenderat nequaquam
imitanda esse censemus. ita remissionem

De diffiniēdo vel nō diffiniēdo

atq; emendationē statuti sectandā esse
decernimus. **E**lectiois vas Corinthiis
scribens. reditū suū absoluta definitione
pmittit dicens. **V**eniā autē ad vos. cum
macedoniā pertransiero. **M**acedoniā
enī pertransibo. apud vos autē manebo
vel etiā hyemabo. vt vos me deducatis
quocūq; iero. **N**olo enī vos modo in
trāsitu videre. spero ē me aliquāto tēpo
re manere apud vos. **C**uius rei etiā in
secunda epistola meministi ita. **E**t hac cō
fidentia volui prius venire ad vos. vt se
cundam gratiā haberetis. et p vos trās
irez in macedoniā. et iterū a macedonia
venire ad vos. et a vobis reduci in inde
am. **S**ed superueniēte salubriore consi
lio. nequaquā se id qd pmiserat executum
evidentissime confitetur. **C**ū hinc qd vo
luissem. nūquid leuitate vsus sum. **A**ut
quē cogito fm carnē cogito. vt sit apud
me ē nō n̄. **D**eniq; cur maluerit defini
tionē sui pterire smonis. q̄ aduētū suo
onerolam discipulis. inferre tristitiam.
etiā cum sacramenti obtestatione decla
rat. **E**go autē teste deum inuoco in aiām
meā. qd parcēs vobis. nō veni vltra cor
inthū. **S**tatui enī hoc apud me. vt
n̄ in tristitia venire ad vos. **C**ui intra
turos se domū loth sodomis āgeli tene
gassent. dicētes ad eū. nō intrabimus. s̄
in platea manebimus. cōtinuo eius pre
abus cōpellitur statuti mutare smonē.
sicut scriptura subiungit. **E**t coegit eos
loth. et diuerterūt ad eum. **Q**ui utiq; si
diuersuros se ad eū esse nouerāt. inuitā
tis petitionē simulatoria excusatione re
puerunt. sin autē veraciter excusabāt. cui
denter immutasse sniam cōprobantur.
Que utiq; nō ob aliā credimus causā
spiritū sanctū sacris voluminibus indi
disse. nisi vt istis erudiamur exēplis. in
definitionib; n̄is nō pertinaciter pma
nere. s̄ eas arbitrio n̄o debere subicere.
et ita iudiciū nostrū ab omni legis vicij
lo liberū conseruare. vt promptuz sit ad
sequendum quocūq; vocauerit salubre
cōsiliū. nec differat aut recuset ad id qd

vtilius discretio salutaris inuenit abs
q; vlla cūctatione transire. **E**t vt ad s̄
limiora adhuc ascendamus exempla. de
cūbentē in lecto regē ezechiam. grātiq;
egritudine laborantē ex persona dei ela
yas ppheta a dorsus est dicens. **H**ec dic
domin⁹. **D**ispone domui tue. qz morietur
tu. et nō viues. **E**t conūit inqt ezechias
faciē suā ad parietē. et orauit ad dñm. et
dixit. **O**bscuro dñe memento queso quō
ambulauerim corā te i veritate. et corde
perfecto. et qd bonū est in oculis tuis fece
ri. **E**t fleuit ezechias fletu magno. **P**⁹
que rursus dicit ad eundem. **R**euertere
et dic ezechie regi iuda dicens. **H**ec dic
dñs deus dauid patris tui. **A**udisti ora
tionē tuā. et vidi lachrymā tuam. et ecce
adiūciaz super dies tuos quindecim an
nos. et de manu regis assyriorū liberabo
te. et ciuitatez hanc ptegam. ppter me. et
ppter dauid seruū meū. **Q**uid euidenti⁹
hoc testimonio. quo misericōdie ac pietatē in
tuitu mauult dñs suū cassare hmo
nē. et ad prestitute mortis terminos qui
decim annis vitā precantis extendere.
q̄ per immobilitatē decreti sui inexora
bilis inueniri. **S**imiliter etiā loquit ad
niniuitas censura diuina. **A**dhuc tridu
um et niniue subuertet. **D**oxq; peniten
tia eoz ieiunijsq; mollitur. taz minax et
abrupta snia atq; ad partē misericōdie pro
na pietate deflectitur. **Q**uod si quis velut p
sciam conuersionis eoz. s̄ buersionem
ciuitatis ad hoc eis dñm asserat. cōmīa
tum. vt eos ad salutare penitentiā puo
caret. cōsequēs ē vt hi q fratib; presunt
absq; reprehensione mendaciū his qui i
digent emēdari. aliqua etiā districtoria
quā facturi sunt si opus fuerit cōminen
tur. **S**in vero dixerit deū seuerā illā sen
tentiā suā penitentiē eozū consideratiōe
reuocasse. fm illud qd per ezechieles ait
Si dixerō impio morte morietis. et eger
it penitentiā a peccato suo. feceritq; iudiciū
et iusticiā. vita viuet. et nō morietur.
quib; docemur exemplis nō debere nos
obstinare in nostris definitionibus pdu

181

181

181

p 2

Collatio xvii abbatis Joseph

rare sed cōminationem ex necessitate p̄
positam clemēti miseratiōe mollire. Q̄d
ne solis specialiter iniuriis crederet do-
minus prestitisse etiam generaliter erga
omnes eadem se esse facturum per hie-
miā perpetuo protestatur et cum necesse
fuerit incunctanter suā se sententiā mu-
taturum pro nostris meritis repromittit
dicens. Repente loquar aduersus gentē
et aduersus regnū. vt euellā et destruam
et disperdam illud. Si penitentiā egerit
gens illa a malo quod locutus sum ad-
uersus eam. agam et ego penitentiā sup̄
malum q̄d cogitavi vt facerem ei. Et su-
bito loquar de gente et regno. vt edificē
et plantē illud. Si fecerit malum in ocu-
lis meis. vt nō audiat vocem meā. peni-
tentiā agam super bonū q̄d locutus suz
vt facerem ei. Ad ezechielem quoq; ait. No-
li subtrahere verbū. si forte audiāt. et cōū-
tat vnusquisq; a via sua mala. et penite-
bit me mali. q̄d cogitavi facere eis. p̄pter
maliciā studiorum eorum. Quibus testi-
monijs declaratur nō oportere vt perti-
naciter in nostris diffinitionibus herea-
mus. s̄ ratione eas ac iudicio temperan-
das semperq; prelegendas ac preferēdas
esse meliores. et ad illam que utilior diu-
dicata fuerit partem. sine cūctatione ali-
qua transcendendum.

Quō s̄m im mensitate p̄scien-
tie diuina clemētia sed s̄m p̄-
sentes actus vel remūeret vnū
queq; vel puniat. **Cap. xxvi.**

Illud etiam p̄re omnibus inesti-
mabilis illa celsura nos instruit.
q̄d cū sit ei añ ortū vnus cuius
q; p̄recognit⁹ finis. ita ordine ac rōe cō-
muni et humanis quodāmodo omnia
dispensat affectibus. vt nō potentialit̄
nec s̄m p̄scientie sue ineffabilem notici-
am. sed s̄m p̄sentes hominū actus vni-
uersa diiudicās. vel respuat vnūqueq;
vel attrahat. et vel infundat gr̄tidie sua
gratiam vel auertat. Q̄d ita esse etiam
illa sanlis manifestat electio. cuius vti-
q; cū vitu perabilem finē p̄scientia dei

ignozare nō posset. de tot milibus israel
elegit eū et vnxit in regem. p̄sentis in il-
lo meritū vite remunerans. nō peccatuz
future p̄uaricationis intendens. ita vt
postq; reprobuz factus est. velut penitu-
dinem gerens electionis sue de⁹. huma-
nis quodāmodo de eodem vocib; atq;
affectibus conqueratur dicēs. Penitet
me q̄ constituerim saul regem. quia de-
reliquit me et vba mea opere nō impleuit.
Et iter. Verū tñ lu gebat samuel saulē
qm̄ dominum penitebat q̄ constituisset
regem saul super israel. Deniq; hoc quo-
niā opere fuerat executus. postea etia; p̄
ezechielem prophetam dñs protestatur
cum omnibus se hominibus quotidiano
gesturum esse iudicio. etiam si dixerō in-
quiens iusto q̄ vita viuat. et confisus in
iusticia sua fecerit iniquitatem. omēs iu-
sticie eius obliuioni tradētur. et i iniquita-
te quā operatus est in ipsa moriet. Sin-
autem dixerō impio. morte moriet. et ege-
rit penitentiā a peccato suo. feceritq; iu-
dicium et iusticiam. pignus restituerit il-
le impius rapināq; reddiderit. in man-
datis vite ambulauerit. nec fecerit q̄c̄q;
iniustuz. vita viuat et nō morietur. omnia
peccata eius que peccauit nō imputabū-
tur ei. Deniq; cum ab illo populo quem
ex omnib; gentibus dñs adoptauit. pro-
pter subitam vituli p̄uaricationē mise-
ricordie sue auertisset a spectum. interue-
niens pro eo legislator exclamat. Obse-
cro dñe. peccauit populus iste peccatum
magnuz. fecerit sibi deos aureos. et nūc
si remittis peccatū eoz remitte sin alias
dele me d libro tuo quem scripsisti. Cui
respondit dominus. Si quis inquit pec-
cauerit coram me. delebo eū de libro meo.
David quoq; dum de iuda et persecuto-
ribus christi prophētico spiritu querere-
tur. deleantur inquit de libro viuentiū.
Et quia nō merebantur ad penitentiā
salutarem pro reatu tanti criminis pue-
nire. subiungit. Et cum iustis nō scribā-
tur. Deniq; i ipso iuda vis p̄phetice ma-
ledictionis euidenter impleta est. Nam

De diffiniendo vel non diffiniendo

expleto proditoris crimine suspendio se
necavit ne si post illam deletionem nois
sui conuersus ad penitentiam esset itez
cum iustis scribi mereret in celo. Non g
est ambigendum etiam in de nomen illo
tempore quo electus a christo a postolat
sortitus est gradum in libro viuentium
fuisse conscriptum ac pariter eum audis
se cum ceteris. Nolite gaudere quia de
monia vobis subijciuntur gaudete aut
quia nomina vestra scripta sunt in celis
Sed quia filargirie peste corruptus de
ascriptione celesti ad terrena deiectus e
cōpetenter de eo ac de similibus eius dē
per pphetam. Dñe omnes qui te derelin
quunt confundentur recedentes a te in
terra scribentur quia dereliquerit venaz
a quarū viuentiū dñm. Et alibi. In cō
silio populi mei nō erunt et in scriptura
domus israel nō scribentur et i terrā Isra
el nō ingredientur.

Sancti viri pertinaces ac du rissimi non possunt. Cap. xxvii

Re illius precepti vtilitas est si
lenda q etiā si instigante ira v
qualibet alia passione sacramē
to nos aliquo vixerimus qd a nemine
quidem monachorū fieri penitus debet
vtriusq; tamen rei causa integro mētis
est pensanda iudicio et cōparanda est il
la res q; statuiamus huic ad quā trans
ire cōpellimur atq; ad eam sine cuncta
tione est transeundum que supueniēte
sanioze tractatu iustior fuerit iudicata.
Rectius enī est nostrum nos preterire h
monez q; rei salubrioris ac pie sabire ia
cturam. Deniq; nunq; rationabiles ac
probatos patres duos aut irrenocabi
les in huiusmodi diffinitionibus fuisse
reminiscimur sed velut cerā calore solis
ita eos ratione mollitos et intercedente
salubriore consilio melioribus partib;
sine hesitatione cessisse. Quoscuq; aut
vidimus definitionibus suis pertinacit
inherere irrationabiles semper probau
imus ac discretionis expertes.

Interrogatio an sit contrariuz

predicte sententie illud qd dicitur
iurari et statui. Cap. xxviii.

Orationem pertinet que euidenter
copioseq; digesta est nihil op
tet monachuz definire ne aut pzetarica
tor inueniatur aut peritax. Et vbi illd
psalmiste ponim? eloq; Jurari et sta
tui custodire iudicia iusticie tue. Quid
ē ei aliud iurare et statuere q; definita im
mobiliter custodire?

Responsio in quibus immobi lis definitio sit tenenda et in quibus si oportuerit rescindenda.

Cap. xxix.

Dieph. Nos nō de principa
libus mandatis sine quib; non
potest salus nostra omnino sibi
stere ista decernimus sed de his que sine
periculo statūs nostri vel relaxare possu
mus vel tenere vtpote de irremisso rigo
reiciant de vini siue olei ppetua abiti
nentia de progressu cellule penitus cōbi
tendo de lectionis seu meditationis in
cessabili iugitate que sine iactura profes
sionis ac propositi nostri et exerceri cū li
buerit possunt et cum necesse fuerit irrep
hensibiliter pretermitti. Ceterum super
obseruantia illozum principalium man
datorum cōstantissime definienduz est
ac p his etiā mors si necesse fuerit non vi
tanda pro quibus immobiliter est dicē
dum iurari et statui. Qd fieri debet pro
custodia charitatis pro qua spernenda
sunt vniersa ne tonū tranquillitatis il
lius perfectioq; maculetur. Similitq;
iurandum est p castimonie puritate nec
aliud facere nos oportet pro fide pro so
brietate atq; iusticia que omnia indemu
tabili perseverantia sunt tenenda et a q
bus paululum recessisse damnabile est.
De illis vō corporalibus exercitijs que
ad modicum dicuntur esse vtilia ita ē vt
diximus statuendū vt si qua su peruene
rit certior pietatis occasio que illa suade
at relaxari nulla su per his lege teneam
h ptemissis eis ad vtiliora libere trāscā.

Collatio XVII abbatis Joseph

mus. In illis enim corporalibus exercitijs si pro tempore relinquuntur periculum non est ab his vero vel ad momentum declinasse mortiferum est.

¶ Quoadmodum debeant celada committi. *Cap. xxx.*

M De quoque simili cautione curandum est. ut si quis forsitan hinc que esse vultis occultus de vno ore fuerit prolapsus. nulla occultationis precepta sollicitent audientem. magis enim latebit si negligenter atque simpliciter transferatur. quod non tanta quilibet fratrum super divulgatione eius impugnatione torquibilis existimans rem vilem aliquam transitoria confabulatione prolata. et que ex bispo sit lenior. quia cautissimo silentij precepto sensibus audientis commendata non fuerit. Nam si etiam fides eius aliqua sacramentorum oblatione tenueris. citius illud pendendum esse non ambigas. Maior enim aduersus ipsum vis diabolice impugnationis insurget. ut et te mellificet vel tenuet. et illum transgressorem quoniam sui faciat sacramenti.

¶ Nihil super his que ad usum communis vite attinet definiendum. *Cap. xxxi.*

I Idcirco nihil debet abrupte monachus super his duntaxat que ad corporales exercitationes pertinent definire. ne aduersarium ad impugnationem eorum que velut sub legis observatione custodit magis incitans citius ea violare cogatur. Prefigens siquidem sibi legem unusquisque sub libertatis gratia constitutus. ne perniciosa semetipsum obliget seruitute. ut ea que licito immo etiam laudabiliter cum gratiarum actione presumere potuisset. si necessitas fortasse compulerit velut transgressor percipere compellatur cum preuaricatione peccati. Ubi enim non est lex. nec preuaricatio. Beatissimi Joseph institutione atque doctrina velut diuino oraculo confirmati. in egypto residere malimus. Sed licet parum deinceps de nostra essemus promissione sol-

liciti. tamen expleto septem annorum numero sponsonem nostram gratanter implem. Excurretes namque ad cenobium nostrum illo iam tempore quo de impetrando ad heremum redita fiducia gerebamus. primum senioribus nostris honorem debitum soluimus. deinde animis eorum qui pro charitatis ardore crederimus litterarum nostrarum satisfactionibus nequaquam fuerant desinitis. postquam redintegrauimus charitatem. tandemque ad plenam aculeo nostre sponsionis anullo his que cum gaudio prosequeribus ad scythiote solitudinis secreta remeauimus. **¶** Hanc vobis o sancti fratres illustrum patrum scientiam atque doctrinam nostram ut potest elucubravit inscia. quare etiam si incultus forsitan sermo confudit potius quam digessit. queso ne laudem insignium virorum reprehensio nostre rusticitatis euacuet. Tutius siquidem nobis in conspectu nostri iudicis visum est. doctrine huius magnificenciam vel incultis sermonibus perdere quam silere. quippe cum et profectui lectoris. si sublimitate sensuum contemplet. hoc quod imperitia nostri sermonis offendit obesse non possit. et maior sit nobis utilitatis cura quam laudis. Neque enim hoc quod sanctorum virorum dicta descripsi. et plenum periculi. et egenum laudis esse non nouerim. sed prudens ut de laqueo pedem indidi. nec me indubitato discrimini sub incerta spe alieni profectus tradere recusavi. mones omnes ad quorum manus opuscula ista peruenierit. ut quicquid placuerit in eis patrum nostrorum vero sciant esse quod displicet. omnes quibus amabilis est vita et doctrina sanctorum.

¶ Explicit collatio secunda abbatis Joseph de diffinitione.

¶ Expliciunt septem alie collationes cassiani.

Incipit p̄fatio cassiani eloque
ntissimi in septem vltimas colla
tiones aliorū patrū.



Smissis

inuante gratia
christi decē col
lationibus pa
trum. que exigē
tibus beatissi
mis episcopis

belladio ac leontio vtrumq; digeste sūt
septem alias beato episcopo honorato
sancto quoq; famulo christi eucherio de
dicauit. totidem et nunc vobis sancti fra
tres ioniniane minerni leonti et theodo
re credidi deputādas. Posterior liqui
dem vestrum illam cenobiorum sanctā
atq; egregiam disciplinam in prouincijs
gallicanis antiquarum virtutūz discre
tione fundauit. ceteri vero non solum ce
nobialem professionem apprime mona
chos expetere. verū etiam anachoreticā
sitire sublimitatem. vestris institutionis
bus prouocastis. Ea namq; collatiōes
iste summorum patrū disputatiōe con
texte sunt. et ita in omnibus temperate. vt
vtriq; professioni. qua nō solum occidu
as regiones. verū etiam in insulas maxi
mis fratrum cateruis fecistis florere. con
ueniant. id est. vt non solum hi qui adhuc
in cōgregationis laudabili subiectione
perdurant. sed etiam illi qui haud longe
a vestris cenobijs secedētes anachoreta
rum sectam gesiunt disciplinā. pro cōdi
tione locorum ac status sui mensura ple
nins instruantur. Quibus hoc precipu
um contulit precedens vestri laboris in
dustria. vt parati iam atq; in isdes exer
citijs deprehensi. facilius precepta senio
rum atq; instituta suscipiant. iposq; in
cellulas suas auctores collationūz cū ip
sis collationū voluminibus recipiētes.
et quotidianis quodāmodo cum eis in
terrogationibus ac responsionibus col
loquētes. nō pprijs adinuetionibus ar

duam istam et incognitam ferme in hac
regione appetant viam. s̄ periculo fame
etiam illic vbi iā tritissimi calles et innu
mera precedentū exempla non desunt.
anachoreticos disciplinā illorūz potius
preceptis capere cōsuecant. quos in om
nibus et antiqua traditio et longe experi
entia instruxit industria.

Explicat p̄fatio. Incipiunt ca
pitula abbatis pyamonis et tri
bus generibus monachorum.

Cap. i.

- Q**uemadmodum dyolco venie
tes ab abbate pyamon receptū
fuerimus.
- ij** Verba abbatis pyamō quomo
do rudes monachi exemplo se
niorum debeant erudiri.
- iiij** De iuniores seniorum precepta
discutere non debeant.
- iiij** De tribus generibus monacho
rum que intra egyptum sunt.
- v** Quibus autoribus cenobitarū
sit instituta professio.
- vi** De anachoretarum ordine atq;
principio.
- vii** De sarabaitarū principio et cō
uersatione.
- viii** De quarto genere monachorūz.
- ix** Interrogatio qd̄ intersit int̄ ce
nobium et monasteriū.
- x** Responso.
- xi** De hūilitate vera et quō fictam
cuiusdā hūilitatē pdiderit ab
bas serapion.
- xij** Interrogatio quemadmodū ve
ra patientia possit acquiri.
- xij** Responso.
- xiiij** De exemplo patientie cuiusdam
religiose femine.
- xv** De exemplo patientie abbat̄ pa
suntij.
- xvi** De perfectione patientie.
- xvij** De inuidie malo.

Explicunt capitula.

Collatio XVIII abbatis Pyamonis

Incipit collatio Abbatis pyamonis de tribus generibus monachorum. et quarto nup exorto.

Quemadmodum dyolco venientes ab abbate pyamon recepti fuerimus. Cap. i.

Est con

D spectum atque colloquium trium illorum senum quorum collationes sancto fratre nostro eucherio compellente utrumque digessimus. cum etiam veterioris egypti partes in quibus amplior atque perfectior sanctorum numerus consistebat. maiore flagrantia desiderarem? expetere ad vicum cui nomen est dyolcos vni ex septem nili fluminis ostiis imminet. non tam itineris necessitate quam desiderio sanctorum illic commorantium compellente pervenimus. Cuius enim velut cupidissimi mercatores plurima illic celeberrimaque cenobia ab antiquis audivissemus patribus instituta. continuo quasi navigationem inquisitionis incerte spe maioris lucri persuadente suscepimus. Ubi cum diutissime fluctuantes ad illos virtutum sublimitate conspicuos montes vndique curiosos oculos tenderem? abbatem pyamon omnium anchoritarum illic inhabitantium seniore eorumdemque presbiterum velut quandam sublimissimum pharum id est signum. primus circumspectantium notavit intuitus. Sic etenim sicut evangelica illa civitas in excelsi montis vertice constituta. nostro protinus refusit aspectui. Cuius virtutes atque mirabilia que per eum etiam sub conspectu nostro divina gratia testimonium meritis eius reddente perfecta sunt. ne vel propositi nostri formam vel modum huius voluminis excedamus? pretermittenda credimus. Non enim de mirabilibus dei sed de institutis studisque sanctorum quaedam que reminisci possibile est nos spero dimimus memorie tradituros. ut ne cessantiam tantum perfecte vite instructionem.

non inutilem absque ulla emendatione veteriorum ac superuacua admirationem egentibus preteremus. Cum itaque beatus pyamon summa nos gratulatione susceptos. humanitate etiam congrua refecisset. intelligens nos non eiusdem esse regionis. primum vnde vel cur egyptum pertraxerimus sollicitate percunctatus. ac de ce nobis syrie ob desiderium perfectionis nos illo advenisse cognoscens. ita exorsus est.

Verba abbatis pyamon quomodo rudes monachi exemplo seniorum debeat erudiri. Cap. ii.

Quisque hominum o filii cuiuslibet artis peritiam assequi cupiscit. nisi omni cura atque vigilia ei sequi quam nosse desiderat discipline studijs manciparit. ac perfectissimorum quorumque opificum ipsius vel scientie magistrorum precepta atque instituta servaverit. frustra in anibus votis eorum similitudinem exoptat attingere. quorum curam atque industriam detrectat emulari. Novimus enim nonnullos ita ad hec loca de vestris regionibus advenisse. ut cognoscendi tantummodo gratia fratrum monasteria circumirent. non ut has regulas ob quas huc commeaverant atque instituta susciperent. sed ut secedentes in cellulas conarerent ea que vel visu vel traditione perceperant operibus experiri. Qui mores suos ac studia quibus imbuti fuerant retentantes. ut eis exprobari a nonnullis solet. non profectus sui gratia sed vitade egestatis necessitate existimati sunt puericias commutasse. Non solum enim nihil eruditionis acquirere. sed ne diutius quidem in his partibus commorari. pertinacis animi obstinatione potuerunt. Cum enim nec ieiuniorum more. neque psalmodiarum ordinem. nec ipsorum denique indumentorum habitum commutassent. quod aliud in hac regione sectari quam sola victus sui compedia crederentur.

Quinniores seniorum precepta discutere non debeat. Cap. iii.

Amob:eli vos quemadmodum credim? dei causa ad emulationem.

Cenobite
Anachoreta
Sarabaita

De tribus generibus monachorū

uem nre agnitōis attraxit. omnibz insti-
tutis qbus illic p̄mordia v̄ra p̄senta
sunt penitus abdicatis. q̄cūqz seniores
v̄ros agere v̄l edere viderit. sūma hūili-
tate sectamī. Neqz vos moueat. aut ab-
imitatiōe retrahat ac diuertat. etiā si vo-
bis ad p̄sens alicuius rei v̄l facti ratio
vel cā nō liqueat. qz eos qui bene de con-
ctis ac simpliciter sentiūt. et vniuersa q̄
a senioribz tradi gerit v̄l p̄spererint. fide-
liter imitari magis q̄z discutere student.
per opis experientiā etiā rerū omnīū sciē-
tia subsequet. Ceterū nūqz rationē veri-
tatis intrabit. quisqz a discussione cepe-
rit erudiri. quia videns eū inimicus suo
potius q̄z patrū iudicio p̄sidentē facile ī
id v̄lqz p̄peller. vt etiā illa q̄ maxime v̄ti-
lia atqz saluberrima sunt. superflua ei vi-
deantur 7 notia. Atqz ita p̄sumptiōe ei?
callidus hostis illudet. vt irrationabili-
bus diffinitiōibz suis pertinaciter inhx-
rendo. s̄ solūmodo sibi sanctū esse p̄sua-
deat. qd̄ rectū atqz iustissimū sūe tantuz
obstinatiōis errore censuerit.

De tribus generibus mōacho- rum que intra egyptum sunt.

Cap. iij.

Quamobrem ordo atqz p̄ncipiuz
p̄fessionis nre que admodū vel
v̄n̄ descēderit p̄mū debiqz agno-
scere. Tūc enī poterit q̄s desiderate artis
efficacius asseq̄ disciplinā. et ad exercen-
dā eā ardentius incitari. cū auctoz 7 sū-
datoz eius agnouerit dignitatē. Tria
sunt in egypto genera monachoz. q̄um
duo sunt optima. tertū tepidū atqz omī-
modis euitandū. Prīmū est cenobitaz.
q̄scz in cōgregatiōe p̄iter p̄sistentes. vni-
us senioris iudicio gubernātur. cuius ge-
neris maxim⁹ numer⁹ monachoz p̄ vni-
uersam cōmorat egyptum. Scdm̄ ana-
choretarū. qui p̄s in cenobijs instituti-
iamqz in actuali cōuersatiōe p̄fecti. soli-
tudinis elegere secreta. cuius p̄fessionis
nos quoqz optam⁹ esse participes. Ter-
tū rep̄sēnsibile sarabaitarū est. De qui-
bus singillatī p̄ ordinē pleni⁹ disserem⁹.

Harū igit triū p̄fessionū fundatores p̄-
mū vt diximus debetis agnoscere. Naz
p̄fecto ex hoc ip̄o. vel odiū. p̄fessionis illi⁹
nasci poterit que vitanda est. vel eius de-
sideriū q̄ sequēda. qz necesse ē vnāquā
qz v̄iā ad illū finē suū pertrahere sectato-
rem. ad que auctoz ip̄i⁹ inuētorqz p̄rue-
nerit.

Quibus autoribus cenobita- ru instituta p̄fessio. Cap. v.

Itaqz cenobitarū disciplina a
tpe predicationis ap̄lice sump-
sit exordīū. Naz talis extitit in
hierosolimis oīs illa credentiū multitu-
do. q̄ in actibz ap̄loz ita describit. Vul-
titudinis credentiū erat cor vnū 7 anima
vna. nec quisqz eoz q̄ possidebat aliqd̄
suū esse dicebat. s̄ erāt illis oīa cōmunia.
Possessiōes 7 s̄bas v̄debat. et diuide-
bat ea omībz. p̄nt cuiqz op⁹ erat. Et ite-
rum. Neqz. n. q̄sqz egens erat inē illos.
Quotqz ei possessores agroz aut domo-
rū erāt. v̄dentes afferēbat p̄cia eoz q̄
v̄debat 7 ponebat aī pedes ap̄loz. Di-
uidebat aut singulis. p̄nt cuiqz op⁹ erat.
Talis in q̄s erat tūc oīs ecclesia. q̄les nūc
per paucos in cenobijs inuenire diffici-
le ē. S̄z cū p̄ ap̄loz recessus tepescere ce-
pisset credentiū multitudo. ea vel maxie
q̄ ad fidem christi de alienigenis ac diu-
lis gētibz p̄suebat. a q̄bz apli pro ip̄is si-
dei rudimētis ac inueterata gēnilitatē cō-
suetudine nihil amplius expebat. nisi
vt ab imolaticijs idolorū 7 fornicatione
7 suffocatis 7 sanguine tēperarent. atqz
ista libertas que gentibus propter infir-
mitatē prime credulitatis indulta est. eti-
am illius ecclesie que hierosolimis con-
sistebat perfectionē paulatim p̄amina-
re cepisset. et crescēte quotidie vel indige-
nantū nūero vel aduenaz. p̄me illi⁹ fidei
refrigesceret feruor. nō soluz hi q̄ ad fidē
christi p̄fluxerant. verū etiā illi q̄ erāt ec-
clesie p̄ncipes ab illa districtōe laxati sūt.
Nōnulli. n. exstantes id qd̄ v̄debat gē-
tibz. p̄ infirmitate p̄cessuz. sibi etiā licitū.
nihil se detrimenti p̄peti crediderunt. si

Collatio XVIII Abbatis Pyramonis

cum substantijs ac facultatibus suis si-
dem christi confessionem qz sequerentur
Hi autem quibus adhuc apostolicus in-
erat feruor. memores illius pascine perfe-
ctionis discedentes a ciuitatibus suis. il-
lorumqz consortio qui sibi vel ecclesie dei
remissionis vite negligentiam licitam esse
credebant. in locis suburbanis ac secreti-
oribus commanere. et ea qz ab apostolis p-
vniuersum corpus ecclesie generaliter me-
minerunt instituta. priuatim ac peculia-
riter exercere ceperunt. atqz ita incaluit
illa quam diximus discipulorum. qui se
ab illorum contagio sequestrauerat dis-
ciplina. Qui paulatim tempore procedē-
te segregati a credentibus turbis. ab eo qz
a coniugijs abstinerent. et a parentum se
consortio mundiqz istius conuersatione
secerneret. monachi siue monachos a
singularis ac solitarie vite distinctione
nominati sunt. Unde consequens fuit ut
ex comunione consortij cenobite. cellesqz
ac diuersoria eorum cenobia vocarentur
Istud ergo solum fuit antiquissimum mo-
nachorum genus. qd non modo tempo-
re sed etiam gratia primū est. quod qz p-
annos plurimos solum inuolabile usqz
ad abbatem pauli vel antonij durauit eta-
tem. Cuius etiam nūc in districtis ceno-
bijs cernimus residere vestigia.

De anachoretarū ordine ac pri- cipio.

Lap. vi.

De profecto id est. de hoc per-
fectorum numero. et ut ita dixe-
ris secundissima radice. sancto-
rum etiam anachoretarum post hec flo-
res fructusqz prolati sunt. Cuius pfecti-
onis principes hos quos paulo ante me-
morauimus sanctū videlicet paulus vel
antonium nouimus extitisse. Qui non
ut quidam pusillanimitatis causa vel i-
patientie morbo. sed desiderio sublimio-
ris profectus cōtemplationisqz diuine
solitudinis secreta sectati sunt. licet prior
eorum necessitatis obtentu. duz tpe psecu-
tionis affinium suorum tenuit insidias.
heremū penetrasse dicatur. Ita qz pcessit

ex illa quā diuina applica disciplina aliqd
perfectionis genus. cuius sectatores ana-
chorete. id est. secessores merito nūcupā-
tur. eo qz nequaquam contenti hac victoria
qua inter homines occultas insidias di-
aboli calcauerunt. aperto certamine ac
manifesto conflictu demonibus congrē-
di cupientes. vastos heremi recessus pe-
netrare non timeant. ad imitationem sci-
licet iohannis baptiste qui i heremo to-
ta permansit etate. helie quoqz et helysei.
atqz illorum de quibus apostolus ita cō-
memorat. Circūierunt in melotis. in pel-
libus caprinis. egentes. angustiati. affli-
cti. quibus dignus non erat mundus. in
solitudinibus errantes. et in montibus et
in speluncis et in cavernis terre. De qui-
bus etiam dominus figuratim ad Job
Quis ait est qui dimisit onagrum li-
berum. et vincula eius resoluit. Posuit
habitaculum eius desertum. et taberna-
culum eius in saluaginem. Irridens multitu-
dinem ciuitatis. et querelas exactoris non
audiens. Considerauit montes pascue
sue. et post omne viride querit. In psal-
mis quoqz. Dicant nūc qui redempti sunt
a dño. qz redemit de manu inimici. Et
post pauca. Errauerunt in solitudine in
inaquoso. vias ciuitatis habitaculi non
inuenerunt. Esuriētes et sitientes. aia eorum
in ipsis defecit. Et clamauerunt ad domi-
nū cum tribularentur. et de necessitatibus
eorum liberauit eos. Quos etiam hieremias
ita describit. Beatus qui tulit iugum ab
adolescentia sua. sedebit solitarius et ta-
cebit. quia leuauit se super se. Quisqz il-
lud psalmiste affectu et opere pcurant.
Similis factus sum pellicano solitudinis
Agilani et factus sum sicut passer solit-
arius in tecto.

De sarabaitarū principio et cō- uersatione.

Lap. vii.

Quoniam his duabus pfectioibus mo-
nachorum religio christiana gande-
ret. cepisset autem indetenus paulatim h-
icqz ordo recidere. emerit post hec illud
deterrimū et infidele monachorum genus

Pyramonis d. d. M.

De tribus generibus monachorum

vel potius noxia illa plantatio rediuita
concreuit que per ananyam et saphyraz
in exordio ecclesie pullulans apostoli pe-
tri seueritate succisa est. que inter mona-
chos tamdiu detestabilis execrandaque in-
dicata est. nec a quoquam ulterius usurpa-
ta. quod illius tam districte formido sen-
tentie memorie fidelium inserta durauit.
qua beatus apostolus predictos noui fa-
cinosos principes. non penitentia. non ulla
passus est satisfactione curari. sed perni-
ciosissimum germen celeri morte succidit.
Illo igitur exemplo quod in ananya et sa-
phyra apostolica districtione punitum
est. a nonnullorum contemplatione paulatim
longa incuria et temporis obliteratione
subtracto. emerit istud sarabaytarum ge-
nus. qui ab eo quod semetipso a cenobiorum
congregationibus sequestraret. ac sigilla-
tim suas curaret necessitates. egyptie lin-
gue proprietate. sarabayte nuncupati sunt.
de illorum quos predictimus numero pro-
cedentes. qui euangelicam perfectionem si-
mulare potius quam in veritate arripere ma-
luerunt. emulatione seque eorum vel laudi-
bus prouocati. qui vniuersis diuinitus mun-
di perfectam christi preferunt nuditatem.
Hi igitur dum imbecillo animo rem sum-
me virtutis affectant. vel necessitate ad
hanc professionem venire compulsi. dum cen-
suerint modo nomine monachorum absque ulla stu-
dio emulatione festinare. cenobiorum nul-
latenus expectant disciplinam. nec seniorum
subiunguntur arbitrio. ut eorum traditi-
onibus instituti. suas discant vincere vo-
luntates. nec ullam sane discretionis
regulam legitima eruditione suscipiunt
sed ad publicam tantummodo. id est ad
hominum faciem renunciantes. aut in suis domi-
cilijs sub privilegio huius nominis isdem ob-
stricti occupationibus perseuerant. aut stru-
tes sibi cellulas easque monasteria nuncu-
pantes suo in eis inre ac libertate consistunt.
nequaquam euangelicis preceptionibus succu-
bentes. ut nulla seque quotidiani vici sol-
licitudine. nullis rei familiaris distentio-
nibus occupentur. Quod illi soli absque vl-

la infideli dubitatione consummat. quod cum-
etis mundi huius facultatibus absoluti.
ita se cenobiorum prepositis subdiderunt.
ut ne sui quodam ipsi fateantur esse se dominos.
Illi autem qui districtione ut diximus cenobio-
rum declinantes. bini vel terni in cellulis com-
morantur. non contenti abbatis cura atque
imperio gubernari. sed hoc precipue pro-
curantes. ut absoluti a seniorum in go. exer-
cendi voluntates suas. ac procedendi. vel
quo placuerit euagandi. agendi. ve quod
libitum fuerit habeant libertatem. etiam
amplius in operibus diurnis. quam hi qui
in cenobijs degunt. diebus ac noctibus
consumuntur. si non ea fide eodemque pro-
posito. Hoc enim isti faciunt. non ut fructus
sui operis subiciant dispensatoris arbi-
trio. sed ut acquirant pecunias quas re-
condant. Inter quos quantum intersit
aduertite. Illi nihil de crastino cogitan-
tes. gratissimos deo sudoris sui offerunt
fructus. isti vero non solum in crastinum sed
etiam in multorum annorum spacia infi-
delem sollicitudinem prorogantes. aut me-
darem deum aut inopem credunt. quod promissam
quotidiani victus atque indumento-
rum sufficientiam prebere eis aut non
possit aut nolit. Illi hoc omnibus expe-
tant votis. ut nuditatem omnium rerum pau-
pertatemque possideant. isti ut omnium copia-
rum affluentiam consequantur. Illi ob hoc
certatim statutum transcendere canonem
diurnis operibus elaborant. ut quicquid
monasterij sanctis vobis reddiderit. vel
carceribus. vel xenodochio. vel nosocomio.
vel indigentibus pro abbatis dispen-
setur arbitrio. isti ut quicquid quotidia-
ne superfluerit. gule. aut profusiori proficiat
voluptati. aut certe filargie vicio
recondat. Postremo ut concedam ab istis
hec quae non optimo proposito pergeruntur.
melius quam diximus posse distribuere. sic qui
de ad meritum virtutis illi ac perfectionis
aspirant. Illi etiam tantos monasterio reddi-
tibus perferentes. eisque quotidie renunciantes. in tanta
subiectois humilitate perdurant. ut quemadmo-
dum sui. ita etiam eorum quae pro sudore percipiunt

Collatio XVIII Abbatis Pyamonis

potestate prouentur. abrenunciati ois p
me feruorem. dum quotidie semetip sos
laboris sui fructibus nudant. in giter in
nouates. isti aut in coipso q aliqd pau
peribus largiuntur elati. in preceps qti
die collabuntur. Illos patientia atz dis
trictio. qua taz deuote in hac qua semel
arripuerunt professione perdurant. vt nu
qs suas expleant voluntates. crucifixos
huic mudo quotidie uiuosqz martires
facit. hos arbitrij sui tepoz uiuos ad in
ferna demergit. **Hec igitur duo genera**
monachorum in hac quidem prouincia
equali. pmodum numeroitate inter se
cotendunt. Ceteru per alias regioes qs
me necessitas catholice fidei copulit per
agrar. istud tertium sarabayta z genus
abundare ac. ppe solum esse cognouim?
Tempibz siquidem lucij qui arriane p
fidie eps fuit. sub valentis imperio cum
dyaconia nostris fratibus deferrem?
bis. uidelicet qui de egypto ac thebayda
fuerat ob catholice fidei per seuerantiam
metallis ponti atqz armenie relegati. licz
cenobiorum disciplinam in quibusdaz ci
uitatibus rarissimam uiderimus. anacho
retaru tamen apud illos ne ipsum q dez
nomen auditum fuisse coprimus.

De quarto genere monachoru

Cap. viij.

P yamon. Sane e etiaz aliud
qrtu genus quod imp cernim?
emerisse in his qui anachoretar
ruz libi specie atqz imagine blandiuntur
qz in pmodijs suis feruore quoda bre
ui. cenobij perfectione uidetur expetere.
sed continuo tepofacti. du pristinos mo
res ac uicia refecare cotemnut. nec iugm
humilitatis ac penitentie diutius susti
nere contenti sunt. sub diqz senioruz im
perio redignatur. separatas expetit cel
las. ac solitarij sedere desiderant. vt ita
seza nemine lacessiti. patientes. mansue
ti. ac humiles possint ab homibz estima
ri. **Qua institutio** imo tepoz eos quos se
mel infecerit. ad perfectionem nunqs per
mittit accedere. **Hoc eni modo** no solu

no abscedunt. ueruetia in ueterius eo
rum uicia conalescent. du a nemine pro
uocati. vt quoddam letale et intestinu vi
rus. quanto amplius celatu fuerit. tato
profundius serpes in sanabilem morbu
generat egrotanti. **Pro reuerentia** eniz
singularis celle nullus iam uicia solita
rij audet arguere. que ille ignorari malu
it qz curari. **Porro** uirtutes no occulta
tione uicioru. sed expugnatione pariun
tur.

Interrogatio quid intersit iter cenobiu et monasteriu. Cap. ix.

G ermanus. Est ne aliqua in
ter cenobium monasterium qz
distantia. an utroqz nomie res
vna censetur.

Responsio. Cap. x.

P yamon. Licet a nonnullis lo
leant indifferenter monasteria
pro cenobijs appellari. tamen b
interest. q monasteriu nome est diuerso
rij. nihil amplius qz locu. id est habita
tionem significans monachoz. cenobiu
vero etia professionis ipsius qualitatem
disciplinam qz designat. **Et monasteriu**
potest etiam unius monachi habitatio
nominari. cenobiu aut appellari no pot
nisi ubi plurimoz cohabitatum degit
vnita comunio. **Dicuntur** sane monaste
ria. etia in quibus sarabaytaru collegia
comorantur.

De humilitate vera et quomo do falsam cuiusdam humilita tem prodiderit abbas serapio.

Cap. xi.

Q uamobrem qm de optimo ge
nere monachorum uideo uos
professionis huius arripuisse
pincipia. id est de laudabili cenobioru
palestra. ad excelsa fastigia anachoreti
ce tedere discipline. humilitatis patien
tieqz uirtutem. quam uos illic didicisse
non dubito. uero sectamini cordis affec
tu. no eam sicut quidam falsa humilia
tione xboz nec affectata atqz supflua in

De tribus generibus monachorū

quibusdam officijs corporis ieiatioe fingentes
De humilitatis figmentū abbas Serapion quodam tpe elegāter irrisit. Cum enim quidam ad eum summā sui abiectiōne habitu ac verbis p̄ferēs venisset eumq; senex fm̄ morē vt orationem coligeret hortaret. ille nequa q̄ annuēs deprecāti tantis se subiiciens asserbat flagitijs inuolutū. vt ne vsum quidē huius cōmūis aer̄ capere mereret. p̄sathij q̄z ip̄ius refugiens sessionē. humi potius iudebat. Cū h̄o etiā ad ablutionē pedū multo minus prebuisset assensum. tū abbas Serapion refectione transacta. collationis consuetudine prouocāte mone re eū benigne ac leniter cepit. ne ociosus ac vagus presertim inuenis tā robustus instabili lenitate per vniuersa discurret. sed vt in cella residens. fm̄ regulaz sessionū suo poti⁹ ope q̄ aliena mallet munificētia sustentari. Qd ne paulus apostolus incidere. et quidem cū ei in euāgelio laborāti hec prebitio merito deberet. dieb; tamē ac noctib; maluit operari. vt quotidianū victū v̄ sibi vel his q̄ eidē ministrantes opus exercere nō poterant suis manibus prepararet. Ad hec ille tāta est tristitia. ⁊ dolore suppletus. vt amaritudinē corde cōceptaz. ne vultu q̄dem dissimulare potuerit. Cui senex. baccenus inquit o fili cunctis te facinorū p̄teribus onerabas. nō metuens ne cōfessione tam atrocii criminū. notā exiliatiōis incurreres. qd queso nūc est quod ad simplicē ammoniciūculā nostrā. que tamē in se nō modo nullū opprobriū. s; etiā edificationis habuit ac dilectionis affectū. tanta te video indignatiōe permotū. vt eam ne vultu q̄dē occulere. aut frontis serenitate dissimulare potueris. An forte dū te humiliabas illaz expectabas a nostro ore sententiā. iustus ac culator sui est in p̄ordio h̄monis. Proinde vera est cordis humilitas. r̄tinēda. q̄ nō de affectata corporis atq; h̄boruz sed de intima mētis humiliatione descēdit. Que tunc tamē euidentissimis pa-

tientie sue fulgebit indicijs. cum quis nō ipse de se crimina ab alijs nō credenda iactauerit. sed ab alijs sibi met arroganter ingesta cōtempserit. et irrogatas iniurias mansueta cordis equanimitate tolerauerit.

Interrogatio quē admodum vera patientia possit acquiri.

Cap. xij.

Serapion. Quemadmodū acquiri vel retineri possit ista tranquillitas optamus agnoscere. vt sicut in dicto nobis silentio. oris claustra precludimus. verborū q̄z licentiā coercemus. ita etiā cordis lenitatē custodire possimus. qd nō nunq̄z etiā cum lingua refrenatur. intrinsecus tamen statū suę placiditatis amittit. Et idcirco mansuetudinis bonum nō alias tenere quepiam posse. nisi remotione celle ac solitario putamus habitaculo.

Responsio. Cap. xij.

Patience vera atq; tranquillitas. absq; profunda cordis humilitate nec acquiri nec tenet. Que si de h̄ fonte descēderit. nec b̄nificio celle. nec profugio solitudis indigebit. Nō enī patrociniuz cuiusq; rei extrinsecus q̄rit. q̄ h̄ūilitatē. id est generatricis atq; custodis suę intrinsec⁹ virtute fulcitur. Ceterū si mouem̄ ab aliq; laessiti. certū est nō eē in nob h̄ūilitatē fundamēta firmē stabilita. ⁊ iō ad incursum v̄ exigue tēpestat. edificii n̄m ruinosā cōmotiōe p̄cutit. Nō enī esset laudabilis nec admirāda patientia. si nulli inimicorū iaculis impetita tranquillitatis p̄positū retēret. s; i eo ēplara atq; gliosa. qd irruētib; in se tēptationū. p̄cellis imobilis perseuerat. Quā in q̄ vexari frangi q̄z aduersitatib; creditur. in eo potius roborat. et in eo magis acuit in q̄ putat obtundi. A passionib; enī ⁊ sustentatiōe patiaz dici null⁹ igrat. iō q̄ cōstat patientem pronūciari neminē posse. nisi eū qui vniuersa que sibi fuerint irrogata. absq; indignatione tolerauerit. Et ideo nō imerito

Collatio XVIII Abbatis Pyramonis

ita a salomone laudat. Melior est patiens
forte et qui continet iram capiēte urbem.
Et iterū. Loganimis vir nimius in pru-
dentia. pusillanimis autē valde insipi-
ens est. Cū ergo quis victus iniuria iracū-
die igne succenditur non causa peccati
est acerbitas illate p̄metie extitisse cre-
tenda est. s̄ potius manifestatio infirmi-
tatis occulte. s̄m illā parabolā dñi sal-
uatoris quā d̄ duabus domibus ponit
vna quę fundata erat supra petra. et alia
quę supra arenā. quibus equaliter dicit plu-
uiarū ac fluminū vel tempestatum turbi-
nes irruisse. s̄ illam quę in petre soliditate
fundata ē nihil penitus detrimēti ex illa
tam violenta collisione sensisse. quę vero ī
arenā p̄dula mobilitate cōstructa est
statim fuisse collapsā. Quā utiq; appa-
ret nō p̄pterea corruisse. quia imbrum vel
torrentiū inundatione pulsata. s̄ quia supra
arenā imprudēter est structa. Nō enī in
hoc differt a peccatore vir sanctus. quia nō
similiter et ipse temptatur. sed quia hic etiā
magis pugnatōe nō vincit. ille autē etiā
parua temptatione superat. Neq; enī
esset ut diximus iusti alicuius viri lau-
dabilis fortitudo. si vinceret intempta-
tus. cū utiq; victoria locum habere non
possit absq; aduersitate certaminū. Be-
atus enī vir quę suffert temptationē. quia
cū probatus fuerit accipiet coronā vite.
quam repromisit deus diligentibus se.
Scdm̄ apostolū quoq; paulū. virtus nō
in ocio atq; delicijs. s̄ in infirmitate per-
ficitur. Ecce enī inquit dedi te hodie in ci-
uitatē munitā. et in colūnam ferreā. et in
murū ereū. super omnē terrā regib; iuda-
principibus eius et sacerdotibus eius.
et omni populo terre. et tēlabūt adūsūm
te. et nō preualebūt. quia ego tecum sum
ut eruat te dicit dñs.

De exemplo patientie cuiusdā religiose femine. Cap. xiiij.

Huius ergo patientie volo vob
duo saltē exēpla p̄ponere. vnu
religiose cuiusdā femine. quę
patientie virtutē tanta quiditate sectata.

est. ut nō solum temptationū nō vitaret
incursum. s̄ etiā occasiones molestiarum
sibimet. procuraret. quibus frequētius insti-
gata nō cederet. Hec namq; cū alexan-
drie cōmaneret. essetq; nō obscuris orta
maioribus. atq; in domo quę sibi fuerat
a parentibus derelicta religiose dño de-
seruiret. veniens ad beatę memorię atba-
nāsiū ep̄m. precabatur ut aliquā sibi
alendam viduā daret. quę ecclesiasticis sū-
ptibus pascebatur. Et ut petitionē eius
verbis ipsius exprimamus. da inquit mi-
hi aliquā de sororibus in qua. repaules
Sacerdos igitur cū laudasset p̄positum
femine quę ad opus misericordie vidisset eē
promptissimā. iussit ex omnib; eligi vidu-
am. quę et honestate morū et ḡuitate ac dis-
ciplina omnib; preferret. ne forte desideri-
um largitatis percipientis vicio vincere-
tur. et quę mercedē quæreret in egenā dā-
num fidei prauis eius offensa moribus
pateretur. Cui cū domū adducte omni-
bus deserviret obsequijs. virtutē mode-
sticę ac lenitatis experta. vidensq; se
ab ipsa momētis singulis gratiarū actio-
ne. p̄ officio humanitatis honorari. post
dies paucos ad memoratū reuertitur sa-
cerdotē. rogauerā inquiens ut in danū
cipies quaz ego reficere et cui moxigenis
famularer obsequijs. Cumq; ille needū
p̄positū femine ac desiderium intelligēs
essisset petitionē ei. dissimulatiōe p̄po-
siti fuisse neglectā. causasq; mox illi. nō
absq; animi sui cōmōtione perquirēs. p̄-
tinus agnouisset honestiorē ei ceteris vi-
duā deputatā. occulte precepit ut ea illi
quę esset cunctis nequior traderet. quę scili-
cet vel iracundia vel rixis vel violentia
seu verbositate atq; etiā vanitate cun-
ctas quibus hec vicia dñarentur excede-
ret. Quā cum multo facilius inuentam
sibiq; traditā domi habere cepisset. atq;
eadem ei diligentia qua prior illi vidue
vel etiā studiosius ministraret. hoc solū
ab ea p̄ tāt. obsequijs recipiebat gr̄e. ut
idignis ingit afficeret iurijs. quicquidq;
ab ea exp̄biatiōibusq; p̄tinuis vexaret.

De tribus generibus monachorū

obijcienti ei et maledicis obiretationibus increpantis eo quod se non ad refrigerium sed potius ad cruciatum et contumeliam ab episcopo poposcisset magisque se de requie ad laborem quam de labore transfulisset ad requiem. Cum ergo assiduitas iurgiorum eo usque prumperet ut ne ab iniectione quodam manu proca mulier temperaret illa autem humilioris obsequii geminaret officia non furentem vincere renitendo sed semetipsum humiliter subiuciendo discebatur ut multimodis indignationibus laessita iurgantis insaniam humanitatem mansuetudine deliniret. Quibus ad plenum exercitiis confirmata perfectaque virtute desiderate patientie persecuta ad memoratum sacerdotem tamen per electionis illius iudicio quam etiam pro beneficio exercitationis sue gratias relatura perrexit eo quod hinc de siderium suum tandem ei magistram patientie dignissimam prouidisset cuius iniurijs iugibus ut quodam palestre oleo quotidie roborata ad summam animi patientiam perueniret tandem inquam dedit mihi in qua repausarem nam illa prior suis me potius honorabat ac refrigerabat obsequijs. Hec de sexu muliebri dixisse sufficiat ut commemoratione hac non solum edificemur verum etiam fundamur quod nisi fuerimus ad ferarum morem retrusum in canalicularum patientiam retinere non possumus.

De exemplo patientie Abbatis pasuntij. Cap. xv.

Nunc aliud abbatum pasuntij paradamus exemplum. Qui in illius insignis et ubique predicabilis schyotice heremi in qua nunc presbiter est secretis tanto studio semper infedit ut ei ceteri anachorete bubali agnomem diderint eo quod ingenito ut ita dixerim desiderio solitudinis semper habitatioe gauderet. Itaque cum tante in puericia sua esset virtutis et gratie ut etiam preclari ac summi id temporis viri grauitate eius et immobilis constantia miraretur eumque licet minor esset etate pro virtutum tamen meri-

to senioribus exequaretur suoque ordini dicerent inferendum. liuor ille qui aduersus Joseph patriarcham fraternos quodam animos infligauit quendam de numero fratrum edacis celi igne succendit. Qui neuo quodam ac macula pulchritudine eius cupiens deformare hoc genus malignitatis excogitat ut oportunitate temporis captaret quo pasuntius ad ecclesiam die dominico processurus abesset a cella. In quam furtim irruens codice suum inter eius plectas quas de palmarum folijs solebat intexere latenter abscondit ac de concinnata factione securus ipse quod velut pure ac simplicis conscientie ad ecclesiam venit. Cumque celebrata omnis fuisset ex more solemnitas querelam sancto isidoro qui ante hunc pasuntium eiusdem heremi presbiter fuit coram cunctis fratribus detulit asserens sibi codice de cella furto fuisse sublatum. Que eius querimonia cum ita cunctorum fratrum precipueque presbiteri aios permouisset ut quid primum suspicarent quid de decerneret non haberet summa cunctis ammiratioe percussis de tam inauditi illic facinoris nouitate ille qui rem detulerat accusator urgebat ut retentis in ecclesia omnibus missi electi qui cunctorum singillatim fratrum cellulas scrutarentur. Quod cum tribus senioribus a presbitero fuisset iniunctum vniuersorum cubilia renouentes ad extremum in pasuntij cellula absconditum codice iter plectas palmarum quas illi syras vocant sicut cum insidiatore oculuerat reppererunt. Que cum in quosdam confestim ad ecclesiam delatum coram omnibus protulissent pasuntius licet de conscientie sue esset sinceritate securus tamen velut quod furti crimine agnosceret satisfactioi se totum tradens locum penite supplicis postulauit hoc verecunde sue modestieque prospiciens ne si maculam furti ab eis conaretur abluere in super etiam mendacium notaretur ne mine se aliquid quam id quod innatum fuerat suspicaret. Cumque de ecclesia non tam mente deiectus quam iudicio dei fides pertinens abscisset. profusus in oratione iugiter lachrymis

Collatio XVIII Abbatis Byamonis

triplicatisque ieiunijs. summa sectia in
conspetu hominum mentis humilitate p
stravit. Sed cum duabus ferme hebdo
madibus ita se omni contritione carnis ac
spiritus subiecisset. ut die sabbati vel do
minico. non ad percipiendam comunio
nem sacra. sed ad prosternendum se in li
mine ecclesie atque ad veniam supplicij po
stulanda. matutinus accurreret. neque
passus est eum occultorum omnium testis et co
gnitor. vel a se amplius ceteri. vel ab alijs
infamari. Nam quod ille inuictor sceleris rei
sue fur improbus. laudis aliene callidus
infamator. nullo hominum teste occulte co
miserat. per diabolum qui criminis ipsius
incentor fuerat publicavit. Arreptus namque
a dirissimo demone cunctas factionis
occulte patefecit insidias. criminationum.
que ac fraudum idem fuit proditor que com
mentor. Ita autem spiritu illo immundo
grauiter diuque vexatus est. ut ne oratio
nibus quidem sanctorum illic consistenti
um. qui diuinorum carismatum merito de
monijs imperabant. potuerit emundari. Si
ne ipsius quidem isidori presbiteri gra
tia singularis crudelissimum ab eo exclu
ditur. Cui tanta erat virtus domi
ni largitate collata. ut ne usque ad limina
quidem eius quisquam arrepticius qui tar
dius sanaretur aliquando perductus
sit. christo hac adolescenti profuntio glo
riam referente. ut illius tantum orationi
bus cui insidiatus fuerat purgaretur. et
cuius laudi aliquid inuidus inimicus de
cepere se posse crediderat. eius nomen pro
clamans et delicti sui veniam et sine sup
plicij presentis acciperet. Hec ergo ille in
adolescentia sua future indolis iam tunc
indicia prefigurans. lineas quasdam per
fectionis illius que erat maturitate etate
augenda. adhuc in annis puerilibus desi
gnauit. Si igitur ad culmen virtutum eius
volumus peruenire. talia nobis exordio
rum fundamenta iacienda sunt.

De perfectione patientie. Cap. xvi
Aplex sane ad narrationem facti
huius causa me compulit. **Pr**

mi. ut hanc immobilitatem viri constanti
amque pensantes. quanto minoribus quam ille
est appetitus inimici impugnamur in si
dijs. tanto maiorem tranquillitatis atque
patientie sumamus affectus. Deinde. ut
firma definitione teneamus a temptatio
num procellis impugnationibusque diabo
licos nos esse non posse. si omne presidium
patientie nostre omnemque fiduciam non
in interioris hominis nostri viribus. sed in
cellule claustris. aut in solitudinis recessu.
sanctorum vel consortio. vel cuiusque rei
que extra nos sit presidio. collochemus. Si
enim mentem nostram virtute protectionis
sue ille firmaverit. qui in euangelio ait.
regnum dei intra vos est. frustra aerijs ho
stis insidias. aut auxilio cohabitantium
hominum vincere. aut localibus spatijs
declinare. aut munitione tectorum exclu
dere posse nos credimus. Nam cum hec
omnia sancto profuntio non deessent. non
tamen impugnationis aditum aduer
sus eum temptator inuenire non potuit.
neque illum nequissimum spiritum. septa pa
rietum aut heremi solitudo. aut tot in
illa congregatio sanctorum merita repu
lerit. Sed quia sanctus dei famulus non
in his que extrinsecus sunt. sed in ipso oc
cultorum omnium indice spem sui cordis
affixerat. tante impugnationis machinis
nequaquam potuit commoueri. Contra ille
que ad tantum facinus precipitauit in ni
dia. nonne et solitudinis beneficio. et muni
tione remotioris habitaculi. et beati isidori
abbatis atque presbiteri aliorumque san
ctorum consortio fruebatur. et tamen
quia eum supra arenam reperit turbo di
abolicus. non solum impexit eius verum
etiam subuertit habitaculum. Non ergo
quietem nostram extrinsecus inquiramus.
nec opitulari virtus impatientie nostre alie
nam putemus posse patientiam. Sicut enim
regnum dei intra nos est. ita inimici homi
nis domestici eius. Nemo enim mihi ma
gis quam sensus meus. qui est mihi vere in
timus domesticus. aduersatur. Et idcir
co si fuerimus solliciti. ab istis inimicis hosti

De tribus generibus monachorū

bus literari ledi minime poterim? Ubi enim nobis nostri domestici nō aduersantur. ibi et regnū dei tranquillitate mētis acquiritur. Nam si rationes diligenter discutias ledi ab homine quous malignante nō poteris si ipse impacifico aduersū me corde nō dimicem. Si autem ledor nō ē vicium impugnationis aliene sed impatiente mee. Sicut enim grauis ac solidus ciabus sano utilis. ita perniciosus est egrotanti. Nō autem ledere sumentē potest nisi ei ad nocendum vires adiecerit percipientis infirmitas. Si vnq̄ ergo similis inter fratres fuerit oborta temptatio. neq̄q̄ a cursu tranquillitatis excussi. blasphemis secularium obtreptionibus aditū referemus. Nec puerulos atq̄ execrabiles quosq̄ sanctorū viros numero insertos latitare miremur. quia dum in huius seculi arena conculcamur atq̄ cōterimur. necesse est etiam paleas igni perpetuo deputandas. inter electissima frumēta miserari. Deniq̄ si vel sathan inter archangelos. vel iudam inter apostolos. vel nicolaum prauissime hereseos inuētorē inter dyaconos reminiscamur electos. hoc qd̄ nequissimi homines sanctorū ordini deprehenduntur inserti. mirū esse nō poterit. Nam licet hunc nicolaū quidā asserant nō illum fuisse qui ad opus ministerij ab ap̄stolis electus. nihilominus tamen eū de illo discipulorū fuisse numero negare nō possunt. q̄s oēs tales tāq̄ perfectos in tempe illo fuisse manifestum est. quales nūc per paucos vix in cenobijs inuenimus. Nō ergo ruinā illius supra dicti fratris. qui in illa heremo taz lugubri lapsus est casu. neq̄ illaz horribilem maculā. quā tamē ille ingentibus penitentie lacrimis post diluū. s̄ beati pascentij nobis pponamus exempla. Nec subuersione illius destruamur. cuius antiquū inuidie viciū etiā auxit in peius affectata religio. s̄ huius hūilitatē tota virtute sectemur. quā nō illi qui es heremi subdito genuit s̄ inter homines acquisitā consumauit atq̄ excoluit solitū dō.

De inuidie malo. Cap. xvij.
Sciendum sane est. inuidie morbum difficilius ad medelā q̄ cetera vicia peruenire. Nam eū quem semel veneni sui peste corrupit. pene dixerim carere remedio. Ipsa q̄ nāq̄ est lues. de qua figuratiter dicitur per prophetam. Ecce ego mittā vobis serpentes regulos quibus nō est incantatio. et mordebunt vos. Recte igitur a propheta mortiferis basilisci venenis morsus inuidie cōparatur. quia primus ille venenorum dūm auctor. et princeps et perijt et peremit. Nam ante suus q̄ eius cui inuiderat iteremptor. priusq̄ in hominē mortis virus effunderet. ipse se perdidit. Inuidia enim diaboli mors introiit i ore tertarū. imitatur autem illum qui sunt ex parte illius. Sicut enim ille qui primus eiusdē mali peste corruptus est. nec medelam penitentiae nec fomentū alicuius curationis admittit. ita et hi qui isdem se percutientes morsibus tradiderūt. omnē opē sancti incantatoris excludunt. quia cum vtiq̄ nō culpa eorū quibus linēt. sed prosperitate crudentur. erubescunt. ipsam prode veritatem extrinsecus sibi qualdā superfluas et ineptas causas offensionis inquirunt. Quarū quia omnimodis false sunt. vana curatio est. cum illud mortiferū virus qd̄ nolunt prode lateat in medullis. De q̄b̄ alibi ille sapientissim⁹ cōpeterē expressit. Si momorderit serpens nō in sibilō. nō est abundantia incantatorū. Isti enim sunt taciti morsus. quibus solis sapientium medicina non subuenit. Nam vsq̄ ad deo incurabilis est ista pernicies. vt blandimētis exasperetur. in fletu obsequijs. muneribus irritetur. quia vt idem Salomon ait. nihil sustinet zelus. Quāto enim amplius alius aut humilitatis subiectione. aut patientie virtute. aut munificentie laude profecerit. tanto ille maioribus inuidie stimulis incitatur. qui nō nisi ruinā aut mortem eius cui inuidet cōcupiscit. Deniq̄ illorum vndecim patriarcharū zelus in

Collatio xviii abbatis Pyamonis

tantum nulla innoxij fratris subiectioe potuit deliniri. vt de his scriptura come moret. Inuidebant autē ei fratres sui. eo qd diligeret eū pater suus. et nō poterant ei loqui quicq̃ pacificus. donec zelus eorum qui nulla germani obsequētis atq̃ subiecti sustinuit blandimenta. mortem eius cupiens. vix posset venditionis fraternalis crimine satiari. Cūctis ergo vicijis perniciosiorum atq̃ ad purgandum difficiliorum esse constat inuidia. que ipis reuēdijis quibus reliqua extinguitur accenditur. Nam verbi gratia. qui dānū sibi illatum. dolet. largitatis cōpensatio ne curatur. qui de illata indignatur iūria. humili satisfactioe placatur. Quid illi facias qui hoc ipso magis q̃ te humiliorum ac benigniorum sentit offenditur. quem nō ad iracundiam cupiditas que premio delinuit. non iniurie lesio aut amor vltionis accendit. que officiorum vincitur blandimentis. s̃ successus tantum aliene prosperitatis irritat. Quis autem est qui se vt satisfaciatur inuidenti. a bonis conuere. aut a prosperis alienari. aut calamitate aliqua optet inuolui. Quapropter ne totum quicquid in nobis vniudum est. et quasi vitali vegetatio ne sancti spiritus animatur. vno tantū huius mali morsu basiliscus interimat. diuinum cui nihil impossibile est iugiter imploremus auxilium. Cetera etenim venena serpentum. id est carnalia peccata vel vicia. quibus vt cito inuoluitur ita facile expurgatur hūana fragilitas. habēt aliqua vulnerum suorum in carne vestigia. quibus quāuis terrenū corpus perniciosissime contumescat. tamen si tyria ce remedium. aut illam salutariū verborum medelam aliquis peritissimus carminū diuinorum incātor admouerit. ad perpetuā anime mortem perniciēs virulenta non peruenit. Inuidie autem q̃ a regulo serpente effusum virus. vitā ipsam religionis ac fidei priusq̃ vulneris in corpore sentiatur excludit. Non enim aduersus hominem sed plane aduersus de-

um blasphemus extollitur. qui nihil in fratre aliud nisi bonum meritū carpens. nō hominis culpam. sed dei tantū iudicia reprehendit. Nec ergo est illa sursum germinans amaritudinis radix. que se erigēs ad superna. in contumeliam ipsius qui bona homini cōfert tendit auctoris. Nec quemq̃ moueat qd̃ deus missurū se serpentes regulos. qui eos quoruq̃ criminibus offenditur mordeant. cōminatur. Nam licet certum sit deum auctore inuidie esse nō posse. equū tamen et dīno dignum iudicio est. vt dum bona data humilibus conferuntur. et superbis ac reprobis denegātur. eos qui s̃m apostolum tradi in reprobū sensum merentur. quasi ab ipso missa percutiat et p̃sumat inuidia. s̃m illud. Ipsi me ad emulationem irritauerunt in non deum. et ego ad emulationem inducam eos in nō gentē. Hac beatus pyamon disputatione desiderium nostrū quo de p̃mis cenobij scolis ad scōm anachoreticos gradum tēdere ceperamus ardentius inflamauit. Nam primordia solitarie cōmoratiōis cuius scientiā postea sumus scythie plenius assecuti. ipso p̃mū imbuete p̃cepim⁹

Explicit collatio abbatis Pyamon de tribus antiquis generibus monachorum et quarto numero per exorto. Incipiunt capitula collationis abbatis iohannis de fine cenobite et heremite. La. i.

Quod cenobio abbat̃ pauli et patientia cuiusdam fratris.
ij De humilitate abbat̃ iohannis et interrogatione nostra.
iiij Responsio abbat̃ iohannis cur heremū reliquisset.
v De virtute predicti senis quā in anachoretica exercuit disciplina.
vi De cōmodis heremi.
vij De vtilitate cenobij.
viii Interrogatio de cenobij vel solitudinis fructu.

Collatio XIX abbatis Johannis

- viii Responsio super interrogatiōe p-
polita.
ix De consummata ac pfectiōe
x De his q̄ imperfecti heremū petūt.
xi Interrogatio de remedio eorum
qui cito de cenobijs discedūt.
xii Responsio quomodo solitarius
vicia sua possit agnoscere.
xiii Interrogatio quō sanari possit
qui nō expurgatis vicij solitu-
dinē ingressus sit.
xiv Responsio sup eoz medicina.
xv Interrogatio an ita castitas sic
et cetera passiones debeat explo-
rari.
xvi Responsio quibus documentis
possit agnosci.

Explicuit capitula. Incipit col-
latio abbatis Johannis de sine
cenobite et heremite.

Decenobio abbatis pauli et pa-
tientia cuiusdam fratris. Cap. i.

Hic dies

ad modū paucos ma-
ioris doctrine deside-
rio pertrahēte rursus
ad abbatē pauli cen-
obiū summa spūs a lacrimate perrexi-
mus. ubi licet plusq̄ ducentoz fratrum nu-
merus moraretur in honore tamen solen-
nitatis que id temporis agebatur in fi-
nita quoq̄ de alijs cenobijs monachoz
turba confluxerat. Nam prioris ab-
batis qui eidem cenobio presuerat anni-
uersaria depositio solenniter curabatur
cuius cōuentus idcirco facimus men-
tionem. vt patientiā cuiusdam fratris
que sub presentia totius congregatiōis
huius immobili ei⁹ claruit lenitate bre-
uiter perstringamus. Nam licet alio hu-
ius operis tendat intentio. vt scz abbatē
iobānis qui derelicta heremo illi se cen-
bio summa humilitatis p̄tute subdide-
rat. proferam⁹ eloquia. nequa q̄s tamen
putamus absurdum. si absq̄ vlla circū-
spectione verbor. magna vt credimus studi-

olis quibusq̄ virtutū edificatio confes-
ratur. In igenti itaq̄ atrio subdiuini il-
la monacho. u. z multitudine per duode-
nariū numerū distinctis orbibus consi-
dente. cū quidam fratru susceptū sercu-
lum paulo tardius intulisset. sub occasi-
one istius tarditatis p̄dicit⁹ abbas pau-
lus. qui inter turbas ministrantiū fratru
solicite discurreret. exerta manu pal-
ma eum sub omniū percussit intuitu. ita
vt sonitus etiā auersorum vel longi⁹ cō-
sidentium aurib⁹ resuleret. Hoc at id
circo ab eo factum est. vt cunctis qui ad-
erant inuenis patientiam patefaceret. z
omnes qui interfuissent tali spectaculo
modestie erudirētur exemplo. Quā ma-
turo aut id senior fecerit cōsilio. res p̄ba-
uit. Nam memorabilis patientie inuenis
tanta id ai lenitate suscepit. vt nō modo
nullus fuerit ex eius ore hmo prolapsus.
vel tenuissimū murmur tacita labio. u. z
agitacione signatum. sed ne ipa quidez
oris modestia atq̄ tranquillitas. aut co-
lor saltem quantulūcūq̄ mutatus. Qd
factū nō solum nobis. qui nuper d̄ syrie
monasterio veniētes patientie hui⁹ vir-
tutē nō tam euidentib⁹ perceperam⁹ ex-
emplis. sed etiā cunctis q̄ experti talium
nō erant studiorū. ita mirū fuit vt etiam
summis viris precipua per hoc factū cō-
ferretur instructio. q̄ scz etiā si patienti-
am eius correptio paterna nō mouerat.
ne spectaculum quidez tante multitudi-
nis vllō vultum eius ruboris tinxisset in-
dicio.

De humilitate abbatis iohan-
nis et interrogacione nostra.

Cap. ii.

Hoc itaq̄ cenobio repperim⁹
antiq̄ssimū senē noie iobānez.
cuius verba pariter z humili-
tate qua sanctis oib⁹ preminebat. neq̄q̄
silencio pretereūda censuim⁹. scientes eū
hac maxime p̄fectiōe viguisse. q̄ cū sit x-
tutū oim mater ac totius spiritalis stru-
cture fundamentū solidissimū. a nostris
penitus exulat institutis. Unde n̄ mirū

Collatio XIX abbatis Johannis

est nec ad illorū sublimitatē nos posse cō-
scendere qui nō dicā vsq; ad senectā s̄b
cenobij permanere nō possum? discipli-
na s̄ vix biennio subiectionis iugū ferre
ptenti ad presumptionē noxie libertatis
ptinus euolamus. cū tamē ip̄o illo puo
tpe nō s̄m illam distractionis regulā. sed
p̄ nostri arbitrij libertate vtcūq; seniorj
subijciamur imperio. vt nō patientie fru-
ctū ediscere s̄ tps adipiscende licentie ex-
pectare videamur. Hūc igitur senē cū i
abbatis pauli cenobio vidissem? etatez
p̄mū et gratiā viri q̄ erat p̄ditus am-
mirati. demisso in terrā vultu precari ce-
pim? vt nobis pandere dignaret. quā
ob causam relicta heremi libertate. et illa
professione sublimi. qua cū p̄ceterj eius
dem vite viris fama celebrauerat. subire
iugū cenobij maluisset. Ille velut impa-
rē se anachoretice discipline. 7 s̄blimita-
te tante p̄fectionis indignū. ad iuniorū
scolas reuertisse dicebat. si tamē vel ip̄o-
rū instituta s̄m professionis meritū pos-
set implere. Cuius responsionis humili-
tatē cum refragatio nostre deprecationis
excluderet. ad extremū ita exorsus est.

Responsio abbatis Johannis cur heremū reliquisset. Cap. iij

Anachoreticā disciplinā quaz
me deseruisse miramini. nō solū
nō respuo nec refuto. s̄ tota po-
tius veneratione cōplector. atq; suscipio
In qua post triginta annos. quos in ce-
nobij cōgregatione transegerā. ita aliof
viginti explese me gaudeo. vt inter illos
qui eam vel mediocriter appetebant non
vsq; quazq; segnicie tenotarer. Sed qz
de gustata ei? puritas sollicitudine inter-
duz carnaliū rerū interpolata sordabat.
recurrere ad cenobiū cōmodius visuzē.
vt 7 promptior arrepti planioris. p̄posi-
ti cōsummatio sequeret. et minus de p̄-
sumpta sublimioris. p̄fessionis difficul-
tate periculu. Melius enī est deuotū in
minorib; q̄z in deuotū in maiorib; p̄mis-
sionib; inueniri. Et idcirco si quid clati-
us immo liberius fortasse protulerō. q̄

so vt nō iactātie vicio sed edificationis
vestre depromptū studio cēleat. quia
vobis tam studiose querētibus nihil de
veritate existimo subtrahendū. Arbitroz
enī instructionis vobis aliquid posse cō-
ferri. si paulisper humilitate seposita sim-
pliciter omnē p̄positi mei patefecero veri-
tatē. Confido enī quia nec apud vos de
libertate dictorū cenodoxie notaz. neq;
apud conscientiā meā de suppressiōe ve-
ritatis quiddam mēdaciū crimen incur-
ram.

De virtute predicti senis quam i anachoretica exercuit discipli- na. Cap. iij.

A quis igit secretis heremi de-
lectatus obliuioni tradere po-
tuit humana consortia. ac s̄m
heremiā dicere. 7 diez hoīs nō desidera-
ui. tu scis. ego quoq; id dño suā gratiā
largiēre vel assecutū vel certe asseq; anni
sum fuisse me fateor. Ita qz pio domini
nri munere memini me in huiusmodi ra-
ptū frequenter excessum. vt obliuiscerer
me sarcina corporee fragilitatis indutū.
mentēq; meā ita omēs exteriores sensus
subito respuisse. et a cunctis materialib;
rebus omnimodis exulasse. vt neq; ocu-
li. neq; aures mee p̄prio s̄ngerētur offi-
cio. et ita diuini meditationib; ac spi-
ritalibus t̄xorijis animus replebatur.
vt sepe ad vesperam cibum me percepis-
se nescirem. ac sequenti die de besterna
absolutione ieiunij penitus dubitarem.
Ob quā etiā causam septē dieruz cib; s̄
est. septē p̄ximaciorū paria sequestratū
in p̄cherio. id est. ad manuum sem sp̄ritā
die sabbati reponūtur. vt refectio p̄ter-
missa nō lateat. Qua consuetudine illi?
qz obliuionis error excluditur. vt exple-
tū hebdomade cursū. ac solēnitatē diei
ip̄ius reuolutā. finitus panū indicet nu-
merus. festiuitasq; diei sacre 7 cōgrega-
tionis solēnitatis solitariū latere nō pos-
sit. Et si etiā hūc ordinē ille quē p̄dixi-
mus mentis excessus forte turbauerit. ni-
hilominus quādiāni opis modus. dierū

De fine cenobite et heremite

ctus enim inquit qui non permanferit in oibus que scripta sunt in libro legis huius ut faciat ea. **H**ic autem pro excellentia et sublimitate mandatorum dicitur quod potest capere capiat. Illic legiseri violenta compulsio preceptorum indicat paruitates. **C**ontestor enim inquit vobis hodie celus et terram quod si non custodieritis precepta domini dei vestri peribitis a facie terre. **H**ic magnificentia sublimium mandatorum ipsa non tam imperantis quam adhortantis additione signatur si vis perfectus esse fac hoc aut illud. **V**bi inexcusabile etiam recusantibus moyses pondus imponit. **H**ic consilio tantum volentibus et ad perfectionem festinantibus dominus occurrit. **N**on enim generaliter precipiendum erat nec ut ita dixerim canonicè ab omnibus exigendum id quod propter misericordiam sublimitates non potest passim ab omnibus apprehendi sed consilio potius prouocant omnes et grauitur bi qui magni sunt possint perfectione virtutum non immerito coronari qui autem parui sunt et mensura etatis plenitudinis christi implere non possunt licet fulgore maiorum velut siderum tecti latere videantur tamen a tenebris maledictionum que in lege sunt alieni nec presentium malorum cladibus abdicantur nec supplicio plectantur eterno. **N**on ergo christus ad illa virtutum excessa fastigia que quam precepti necessitate constringit sed liberi arbitrij prouocat potestate et salubritate consilij et desiderio perfectionis accendit. **V**bi enim preceptum ibi necessitas et ubi necessitas ibi et difficultas ubi difficultas ibi et negligentia ubi negligentia ibi et peccatum ubi peccatum consequenter et pena. **C**ustodientes vero hec ad que precepti legis seueritate coguntur penam potius que ab illa intentabatur effugiunt quam mercedem aut premia consequantur.

Quod euangelij gratia sicut perfectus tribuit regna celorum ita venialiter sustinet infirmos.

Lap. vi.

Itaque sicut fortes ad sublimitatem atque precella euangelicus homo sustollit ita non patitur infirmos ad ima demergi. perfectis quidem tribuens beatitudinis plenitudinem. veniaz vero infirmitate superatis impartiens. **L**ex enim consummantes precepta sua in vtriusque meriti velut quodam medullio collocauit quantum a transgressorum damnatione secernens tantum separans a gloria perfectorum. **Q**uod quidem quam infirmum quam miserabile sit vel ex presentis vite statu et comparatione perspicite in qua miserimum ducatur si hoc tantum quis studeat ac laboret ne reus modo inter honestos homines et non etiam locuples ac honorabilis et gloriosus habeatur.

Quod in nostra situm sit potestate vtrum sub euangelij gratia an sub legis velimus terrore consistere.

Lap. vii.

Quamobrem in nostra hodie situm est potestate vtrum sub euangelij gratia an sub legis velimus terrore consistere. **C**uiuslibet enim parti pro qualitate actus sui vnumquemque necesse est aggregari. **N**am aut supergredientes legem suscipit christi gratia aut certe inferiores velut debitores suos sibi que obnoxios lex retinet. **R**eus namque legalium preceptorum nequaquam euangelicam perfectionem valebit attingere quamuis christianum se et domini gratia liberatum in aniter gloriatur. **N**on solum enim hoc credendus est adhuc esse sub lege qui ea que lex precipit detrectat implere sed etiam ille qui ea tantum que lex iubet obseruare contentus est ac nequaquam vocationi et gratie christi condignos exhibet fructus ubi non dicit decimas tuas et primitias offeres domino deo tuo. **S**ed vade vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et veni sequere me ubi ob perfectionis magnificentiam discipulo postulanti ne breuissimum quidem hore spacium pro patris conceditur sepul-

Collatio XXI abbatis Theone

tura nec hūane charitatis officij diuini amoris virtuti preferatur.

Quēadmodū theonas cōiugē sua vtet ipsa renunciaret exhortatus sit. **Cap. viij.**

Quibus auditis beatus Theonas inextinguibili desiderio euāgelice perfectionis accensus. semē verbi secundo corde conceptum. quī profundis atq; edomitis condidit sulcū. in eo vel maxime humiliatus atq; compunctus. quod cum senex non solum euāgelicam perfectionem nō attigisse dixisset. sed etiam vir legis ipsius adimplemā data. Siquidem cum decimas frugum suarum solitus esset diaconie annis singulis pendere primitiarum rationem ne audisse quidem se aliquando. quā tamē etiam si similiter impleisset longe nibilominus sibi sententiam se ab euāgelica perfectiōe distare suppliciter fatebatur. Domū itaq; reuertitur messus. illa q; affectus tristitia. que penitentiam ad salutem stabilem operatur. ac de sua iam voluntate et definitione non dubius. erga salutem coniugis omnem mentis sollicitudinem curamq; conuertit. eāq; ad desiderium quo fuerat ipse succensus. cepit exhortatiōe simili prouocare. et vt dō pariter in sanctimonia et castitate seruirent. diurnis nocturnisq; fletibus amonere dicens. conuersionem melioris vite nequaquā esse protelandam. quia necessitati subite mortis vana spes immature non preiudicaret etatis. quippe que infantes pueros adolefcētes. pari vt senes forte praeiperet.

Quēadmodum nō acquiescente vxore sua ad monasteriū peruolarit. **Cap. ix.**

Quāq; huiusmodi obsecrationibus iugiter persistenti. pūnx durissima nō preberet assensū. seq; diceret solatio maritali pro etate sue flore penitus abstinere non posse. ac pro

inde siquid deserta ab eo criminis admisisset. illi potius ascribendum. qui coniugij federa dirupisset. Ad hec ille cum diu conditionem nature pretendisset humane quā fragile et incertam periculosum esset carnalibus desiderijs et operibus diutius implicari. adiciens astruebat. nō licere cuiq; eius se toni extorē facere quō didicisset. maiorisq; esse noxe respicere cognitam bonitatem. qm incognitam nō amare. proinde se iā reatu etiā puaricatiōnis inuolui. si inuētis tam preclaris tāq; celestibus bonis. terrena ac sordida p̄tulerisset. Ad omnē sane aiebat etatē. oēm q; sexum perfectionis magnificentiam pertinere. et vniuersa ecclesie membra ad cōscendam sublimium meritorum celsitudinem prouocari. dicente apostolice currite vt comprehendatis. nec prope lentorum et segnium moras. paratos atq; ala cres debere subsistere. cum rectius sit. vt desides a precurrentibus incitentur. qm vt properantes a residentibus obligent. Proinde statim sibi dicebat de cretūq; esse renūciare seculo ac mori mūdo. vt viuere possit dō. et si hanc beatitudinē nequeat obtinere. vt cum socia sua in consortium transeat christi. malle se vel cum vnius membri dispendio saluū fieri. et velut debilem introire i regnū celoz. qm cū soliditate corporis eodē nari. Adiebat aut etiā ista dicens. Si moyses pro duricia cordis dimitti permittit vxores. quare hoc non sinat christus pro desiderio castitatis. presertim cum idem dominus inter ceteras affectiones id est. patrum matrum ac filiorum quibus omnem reuerentiam. non solum lex sed etiam ipse preceperat exhibere. tamē pro nomine suo ac desiderio perfectiōis non solum contemnenda simpliciter. sed etiam odio habenda esse decernens. coniungat eis similiter etiam vxorz nomē dicens. et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrē aut matrem aut vxorem aut filios aut agros. propter nomen meum. centuplum accipiet.

De remissione quinquagesime

et vitam eternam possidebit. Intantum ergo perfectioni quā predicat nihil patitur comparari. vt illam quoque necessitudinem soluat patris ac matris. que scōz apostolum primum obtinet in repromissione mandatum. honora scilicet patrem et matrem. quod est mandatum primum in repromissione. vt bene sit tibi et sis longeuus super terram. eamque despici pro suo amore precipiat. Evidenter itaque sicut eos euangelicus sermo condemnat qui non interueniente adulterij crimine vxoria vincula dirumpunt. ita ob amorem christi et desiderium castitatis. his qui iugum carnale reiecerint. etiam centupla premia repromittit. Quapropter si fieri potest. vt ad hanc optatissima tibi partem. accepta tandem ratione flectaris. scilicet vt domino seruientes. penam gehenne pariter euitemus. charitateque coniugij non refuto. immo etiam maiore adhuc dilectione complector. agnosco enim et veneror adiutricem meam. dñi in sententia deputatam. et in dirupto eidem federe charitatis in christo coherere non respuo. nisi a me separo quod dominus mihi prime statim conditionis lege coniunxit. dum modo sis et ipsa quod conditor esse te voluit. Si vero non ad adiutorium esse voluerit. sed in deceptionem. et ammiculum te non mihi sed aduersario malueris exhibere. atque ob hoc attributum putas coniugij sacramentum. vt te huic que ingerit fraudans saluti. in super etiam me a discipulatu retrahas saluatoris. ita illam abbatis iohannis immo christi ore prolata sententiam viriliter apprehendam. vt me a spiritali bono nulla carnalis auellere possit affectio. Qui enim inquit non odit patrem et matrem. et filios et fratres et sorores et vxorem et agros. adhuc autem ratio sua non potest esse discipulus. Cuiusmodi atque huiusmodi verbis muliebris non flecteretur intentio. et in eadem obstinationis duricia permaneret. si ego inquit

beatus Theonas te abstrahere a morte non possum. nec tu me separabis a christo. Intius est autem mihi cum homine quam cum deo habere diuortium. Aspirante itaque gratia dei. definitionis sue executionem instanter aggressus est. nec in tepe scere per aliquam moram desiderij sui passus est ardozem. nam confestim omni mundana facultate nudatus ad monasterium peruolauit. Ubi in breui tanto splendore sanctitatis et humilitatis enituit. vt beatememoriam iohanne ad dominum ex hac luce migrante. sanctoque Helia viro qui haud minor decessore suo fuit similiter decedente. tertius theonas vniuersorum preelectus iudicio. in diaconice dispensatione successerit.

Satisfactio pro eo ne discidia coniugibus suadere videamur

Lap. x.

Nemo autem existimet nos hec ad prouocanda coniugiorum diuortia texuisse. qui non solum nuptias minime condemnamus. verum etiam apostolicam sequentes sententiam. dicimus honorabile connubium in omnibus. et thorus immaculatus. sed vt lectori initium conuersionis. quo tantus ille vir deo dicatus est fideliter pandere. A quo bona gratia hoc primum depono. vt siue si ei placeat siue displiceat. me quoque modo a calumnia alienum esse concedens. in suo hoc facto aut laudet aut reprehendat auctorem. Ego autem qui non meam super hac re sententiam prompsi. sed rei geste hystoriam simplici narratione complexus sum. equum est vt sicut mihi de eorum qui hoc factum probant laude nihil vendico. ita eorum qui id improbant non pulser inuidia. Habeat ergo suum de illo vt diximus vnusquisque iudicium. sed moneo vt ita censuram sui castiget examinis. ne se equiores

Collatio XXI abbatis Theone

aut sanctiorem diuino credat esse iudicio. quo in eum etiam apostolicarum collata sunt signa virtutum. vt taceam de tantorum patrum sententia. a quibus factum eius non solum minime reprehensum. verum etiam vsq; adeo collaudatum esse manifestum est. vt eum summis ac sublimissimis viris in diaconie electione pretulerint. Et puto tot spiritualium viro- rum deo auctore prolatum non errasse iudicium. quod etiam tanta signorum vt supra iam dictum est admiratio confirmabat.

Inquisitio cur in egypto totis diebus quinquagesime non ieiunetur nec genua in oratione curuentur. *Cap. xi.*

Sed iam tempus est vt promissis disputationis ordinem persequamur. Igitur abbas Theonas cum diebus quinquagesime nos in nostra cellula visitasset. vespertina orationum solemnitate tractata. humi paululum confidentes. cepimus diligentius percontari. cur apud eos tanta obseruantia caueretur. ne quis penitus totis quinquagesime diebus. vel genua in oratione curuaret. vel vsq; ad horam non ieiunare presumeret. eoq; id diligentius scrutabamur. quod nequaquam hoc tanta cautione seruari in syrie monasterijs videramus.

Responsio de natura eorum que bona vel mala vel media sunt. *Cap. xij.*

Hec abbas Theonas tali usus est sermonis exordio. Oportet quidem nos auctoritati patrum. consuetudiniq; maiorum vsq; ad nostrum tempus

per tantam annorum series protelate. etiam non percepta ratione cedere. eamq; vt antiquitus tradita est. ingi obseruati- ac reuerentia custodire. Verum quia causas huius rei et rationem vultis agnoscere. accipite breuiter ea que a senioribus nostris tradita super hac institutione comperimus. Veruntamen antequam scripture diuine auctoritas proferatur. si placet de natura ipsius ieiunii et qualitate pauca dicamus. vt disputationem nostram subsequens scripturarum confirmet auctoritas. Diuina sapientia per ecclesiam sten omni rei. id est. vniuersis seu prosperis seu que aduersa putantur et tristitia. tempus esse proprium designauit dicens. Omnibus tempus est. et tempus omni rei sub celo. Tempus pariendi et tempus moriendi. tempus plantandi et tempus euellendi quod plantatum est. tempus occidendi et tempus sanandi. tempus destruendi et tempus edificandi. tempus plorandi et tempus ridendi. tempus plangendi et tempus saltandi. tempus mittendi lapides et tempus colligendi lapides. tempus amplectendi et tempus longe fieri ab amplexibus. tempus acquirendi et tempus perdendi. tempus custodiendi et tempus expellendi. tempus dirumpendi et tempus sarcindi. tempus tacendi et tempus loquendi. tempus amandi et tempus odiendi. tempus belli et tempus pacis. et infra. quia tempus est inquit omni rei et omni facto. Nihil igitur ex his esse bonum perpetuum diffiniuit. nisi cum fuerit bonum quid oportune et competenter expletum. ita vt hec eadem que nunc oportune gesta bene cedunt. si importuno vel incongruo tempore presumantur. inutilia inueniantur et noxia. absque his dumtaxat que per se principaliter vel bona vel mala sunt. nec aliquando possunt in contrarium dirinari. vt est iusticia. prudentia. fortitudo. temperantia. ceteraq;

De remissione quinquagesime

virtutes sine educto vicia quorum definitiones in aliam partem cadere omnino non mutari neque non possunt. Si qua vero in vitium quod affectum possunt aliquando transire ut pro qualitate utentium vel bona inueniantur vel mala. hec non absolute pro sua natura. sed pro perpetrantis affectu et oportunitate temporis. vel utilia interdum vel noxia sentiuntur.

Quale bonum sit ieiunium.

Cap. xiiij.

Quamobrem nunc querendum est. quid super ieiuniorum statu decernere debeamus. utrum nam similiter et ipsum bonum esse eo modo quo iustitiam. prudentiam. fortitudinem. aut temperantiam diximus. que in partem contrariam penitus transire non possunt. an mediis quid. quod interdum factum possit prodesse. interdum pretermittitur et condemnare non possit. quodque nonnunquam egisse reprehensibile sit. nonnunquam pretermittisse laudabile. Si enim in illa definitione virtutum. etiam ieiunium censeamus. ut inter principalia bona ciborum abstinentia collocetur. erit profecto eorum mala et criminosa perceptio. Quicquid enim principali bono contrarium est. sine dubio principale malum esse censendum est. Quod defini a nobis scripturarum sanctarum non permittit auctoritas. Si naturali sensu ac proposito ieiunemus ut peccatum contrahi in esearum participatione credamus. non modo nullos fructus pro abstinentia consequemur. sed etiam reatum maximum ac sacrilegij crimen secundum apostolum contrahemus. abstinentes a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. et his qui cognoverunt veritatem. quia omnis creatura dei bona. et nihil reiiciendum

quod cum gratiarum actione percipitur. Qui enim putat quid commune esse illi commune est. et idcirco ob solam perceptionem esse neminem legimus condemnatum. nisi forte iunctum quid fuerit. vel postea subsequatur. per quod meruerit condemnari.

Non sit principale bonum ieiunium.

Cap. xiiij.

Itaque hoc medium essentia et hoc manifestissime declaratur. quia sicut non iustificat custoditum. ita non condemnat irruptum. nisi forte precepti transgressio magis quam esearum perceptio puniatur. Principali autem bono ita nullum oportet vacuum esse tempus. ut sine eo cuius esse non liceat. quod necesse est cessatione eius in malum corrumpere negligentes. Nec rursus principali malo vllum conceditur tempus. quod quod noxium semper est nunquam poterit si admissum fuerit non nocere. vel in partem vnicuique laudabile commutari. Ac proinde ea quibus qualitates statutas videmus et tempora. et que sic observata sanctificant. ut omnia non polluant. media esse manifestum est. ut puta nuptias. agriculturam. divitias. solitudinis remotionem. vigiliis. sacrorum lectionem. meditationemque librorum. ipsaque ieiunia. de quibus principium sermonis exortum est. Quae omnia divina preceptio. vel sanctarum auctoritas scripturarum. non ita incessabiliter obtinenda nec iugiter custodienda decrevit. ut ea paululum inermissemis nequam sit. Quicquid enim imperativum decernitur morte irrogat non impletum. quicquid vero suadent potius quam iubent. facta profunt. infecta non puniunt. Et idcirco aut omnia hec. aut certe quedam. pro causa. pro loco. pro modo. pro tempore. circumspecte agere nos maiores nostri et providere observare inserunt. quia si congrue horum aliquid

De remissione quinquagesime

pter instrumenta que ad opus eius per-
tinent exercetur et non potius ferramenta
propter artis studium parantur que sic
utilia sunt pitis ita superflua his qui ar-
tis ipsius nesciunt disciplinam. Et sicut
his qui ad efficiendum opus suum eorum
ministerio fulciuntur plurimum profunt
ita illis qui cuius rei gratia instituta sunt
ignorantes sola eorum possessione con-
tenti sunt penitus prodesse non possunt
quia utilitas eorum summa in retenta-
tione eorum tantum non in operis consu-
matione constituitur. Illud ergo est op-
timū principaliter propter quod fiunt
illa que media sunt ipsum vero precipu-
um bonum non ob aliam causam sed pro-
pter suam tantum agitur bonitatem.

**Quomodo a ceteris bonis pri-
cipale discernatur bonum.**

Lap. xvi.

Quod quod a ceteris quod media esse dicitur
m. bis discernit modis si per se bonum
sit et non per aliud aliquid si propter se
necessarium sit et non propter aliud si in-
mutabiliter semperque sit bonum ac pro-
prio suam retinens qualitatem nunquam in
partem possit transire contrariam si ad-
emptio vel cessatio eius non possit sum-
ma non inferre perniciem si id quod illi con-
trarius est similiter principale sit malum
nec in partem bonam possit aliquando
transire. Que diffinitiones quod principale
bonorum natura discernit a scribi ieiunij
omnino non possunt. Neque enim ex semetipsis bon-
na aut propter se necessaria sunt quod propter
acquirendam cordis et corporis purita-
tem salubriter exercentur ut aculeis car-
nis obtusis mens purificata suo concilio
auctori nec immutabiliter semperque sunt bo-
na quia plerumque eorum intermissione
non ledimur immo etiam in perniciem in-
terdum anime importunius celebrata so-
luntur. Sed nec principale malum est id
quod illi videtur aduersum id est ciborum
naturaliter iocunda perceptio que nisi
intemperantia atque luxuria vel alia que-
dam vicia subsequantur mala non po-

test definitur quia non quod intrat in os co-
inquinat hominem sed que procedunt de
ore hec coinquinant hominem. Princi-
palitasque derogat bono nec perfecte aut
sine peccato illud exequitur quisquis
hoc non propter id ipsum sed propter ali-
ud aliquid facit. Omnia enim huius gra-
tia facienda sunt ipsum vero propter se
solum est expectandum.

De ratione et utilitate ieiunij.

Lap. xvii.

Dilem igitur definitiones super iei-
unij qualitate in giter retinen-
tes ita illud totis viribus ani-
mi appetamus ut tamen tunc demum id
nobis congruum nouerimus si in eo te-
porum ratio si qualitas si mensura fue-
rit nec ita ut in ipso spei nostre terminum
designamus sed ut per ipsum ad purita-
tem cordis et apostolicam charitatem per-
uenire possimus. Igitur et hoc ieiunio
ubi non solum specialia prefixa sunt
tempora quibus vel exerceri debeat vel
pretermitti sed etiam qualitas modusque
propositus est non principale bonum sed
medium quiddam esse manifestum est.
Ceterum hec que precepti auctoritate vel
mandantur ut bona vel interdiciuntur ut
noxia nunquam ita exceptio temporum sub-
iacent ut interdum aut que verita sunt
fieri debeant aut que imperata sunt pre-
termitti. Nec enim ullus iniusticie patien-
tie sobrietatis pudicie charitatis statu-
tus est modus nec rursum iniusticie im-
patientie furoris impudicie inuidie atque
superbie libertas aliquando permittitur.

**Non semper congruum esse iei-
unium.**

Lap. xviii.

Quod obre his de ieiunij qualita-
te premissis subdenda ad huc
sanctarum scripturarum vide-
tur auctoritas per quam apparet manifestum
ieiunium perpetuum custodiri nec de-
bere nec posse. In euangelio ieiunantibus
phariseis una cum discipulis Iohannis
baptiste cum apostoli utpote amici et co-

Collatio XXI Abbatis Theone

nine celestis illius sponsi. nec duz ieiuniorum obseruantiam custodiret. discipuli iohannis qui summam iusticie se ieiunijs possidere credebant. quippe illius sectatores qui etiam penitentie predicator. ita cunctis populis formam suo prebebat exemplo. vt non solum varia escarum genera. q̄ hūanis visibz suggerit abnueret. veruētā cōmunem panis ipsi esuz penitē ignoraret. dño coqrunt dicētes. Quare nos 7 pharisei ieiunam? frequēter discipuli autē tui nō ieiunant. Quibus respondens dominus euidentē ostendit. non omni tempore congruum esse ieiunium. nec necessarium alicui. cum vel festiuitas temporum vel interueniēs charitatis occasio. indulgentiam refectōis admittit. nunquid possunt inquit filij sponsi lugere. q̄ diu cum illis ē spōsus. venient autē dies cū auferetur ab eis spōsus 7 tunc ieiunabunt. Que verba licet ante resurrectionē dixerit corpis sui. tamen proprie quinquagesime temp⁹ ostēdunt. in quo post resurrectionē quadraginta dies domino cum discipulis epulante. ieiunare illos quotidianē eius presentie gaudium non sinebat.

Interrogatio cur totis quinquaginta diebus ieiunium relaxetur. **Cap. xix.**

Ermanus. Quare igitur tota quinquagesima abstinentie rigorem prandijs relaxam⁹. cū vtiq̄ christus quadraginta tantum diebus post resurrectionem cum discipulis fuerit commoratus?

Responsio. **Cap. xx.**

Theonas. Non incōgrua interrogatio vestra rationem integerrime veritatē meretur agnoscere. Post ascensionem saluatoris nostri que quadagesimo resurrectionis acta est die. apostoli reuersi de monte oliueti. in quo se ad patrem pergens prebuit intuentum. sicut etiam actū apostolorum lectio contestatur. ingressi hierosolimam. decem diebus aduentum spiri-

tus sancti expectasse referunt. quibus expletis quinquagesima eum die cū gaudio susceperunt. et ita est per hęc festiuitatis huius numerus euidenter impletus. Quem in veteri quoq̄ testamento legitimus figuratim adumbratum. in quo cōsummatis hebdomadibus septē primitiarum panis per sacerdotes domino iubebatur offerri. qui veracissime per apostolorum predicationem. qua in illo die concionati leguntur ad populum. oblati domino comprobatur. verus scilicet primitiarum panis. qui noue doctrine institutione prolatus. quinqz milibus viroz esce sue munere satiat. primitiuū de indeis christianorum populum dño consecrauit. Et idcirco hi quoq̄ decem dies cum superioribus quadraginta pari solemnitate sunt ac leticia celebrandi. Cuius festiuitatis traditio. per apostolicos viros ad nos vsqz transmissa eodē tenore seruanda est. Ideo namqz in ipis diebus nec genua in oratiōe curuātur. quia in flexio genuz velut penitentie ac luctus indicium est. Unde etiam per omnia eandem in illis solemnitate quam die dominica custodimus. in qua maiores nostri. nec ieiunium agendum. nec genu esse flectendum. ob reuerentia 7 resurrectionis dñice tradiderunt.

Interrogatio vtrū abstinentia ieiunij relaxata nō obsit corporis castitati. **Cap. xxi.**

Ermanus. Potest ne hęc caro insolitis blandimentis tam longe festiuitatis illecta. nō aliquid sentuosum de illo quāuis absceso viciorum fomite germinare. aut mēs presumptis vltra consuetudinez dapibus onerata. nō erga famulatū corporis rigorem dñationis sue inflectere. presertim cū in nobis viridior eras. cito ad rebellionē subdita possit membra compellere. si vel escas solitas abundantius vel certe insolitas licentius presumamus.

Responsio de seruādo continētie temperamento. **Cap. xxii.**

De remissione quinquagesime

Omnino. Si vniuersa q̄ geri-
mus. rōnabili mētis appēdam?
examine. et d̄ puritate cordis no-
stri n̄ alioꝝ iudiciū s̄ nostrā sp̄ p̄sciaꝝ cō-
sulamus. certū ē istā refectionis incapa-
dinē iuste districtiōi obesse n̄ posse. si mo-
do vt dictū ē equā indulgētie cōtinētieq̄
mensuram pari lance ppendēs. vtrāq̄
similiter nimietatem mens incorrupta
castiget. et vtrum spiritum nostrum deli-
tiarum deprimat. pondus. an vero alte-
ram hoc est corporis partem. maior absti-
nentie inclinet austeritas. vera discretiōe
distinguat. illam vel cōprimens. vel s̄ble-
uans portionē. quā vel extolli senserit. v̄l
gruari. Nihil enī dñs noster ad cultū
atq̄ honorem suū. absq̄ iudiciū modera-
tione vult fieri. quia honor regis iudiciū
diligit. Et idcirco sapientissimus Salo-
mon vt in neutram partem vergente iu-
dicio declinemus. admonet dicens. Ho-
nora deū de tuis iustis laboribus. ⁊ deli-
ba ei de fructibus iusticie tue. Etenī resi-
det in conscientia nostra incorruptus q̄
dam ac verus iudex. qui nōnū q̄ sup̄ sta-
tu puritatis nostre cunctis errantib̄ so-
lus ip̄e nō fallitur. Omni igitur cautiōe
atq̄ sollertia. iugis circumsp̄cti cordis
fuetur intētio. ne quo modo iudicio no-
stre discretiōis errāte. aut inconsiderate
continentie cupiditate succensi. aut desi-
derio nimie remissionis illecti. substanti-
am virium nostrarum iniquē trutine ex-
aminatione libremus. sed in altera qui-
tem lance anime puritatem. in altera vi-
res corporis collocantes. ita vero consci-
entie iudicio vtrāq̄ pendamus. vt in neu-
tram partem vniuersi rei affectu p̄ponde-
rante peruersi. v̄l ad immodicā districti-
onem. vel ad nimiaz remissionem. equa-
litatis libram propensius inclinemus. ⁊
illud nobis vel pro remissionis vel pro
districtiōis nimietate dicatur. Nonne
si recte offeras. nō autem recte diuidas
peccasti. Illas etenim ieiuniorum victi-
mas. quas nobis violenta viscerum cō-
nullione inconsiderate extorquentes. do-

mino recte offerre nos credimus. ille qui
diligit misericordiam et iudiciū execrat
dicens. Ego dominus diligēs iudiciū.
et odio habens rapinam in holocaustū.
Illos etiam qui oblationum. id est offi-
cium atq̄ actuū suorum precipua ad-
fotum carnis atq̄ vsus p̄prios presumē-
tes. reliquias eorū domino ac minimā
deferunt portionē. velut operarios frau-
dulentos sermo diuinus ita cōdemnat.
Maledict⁹ qui facit opus domini frau-
dulenter. Non ergo immerito eum qui
se ita iniquo fallit examine. increpat dñs
dicens. Veruntamē vani filij hominū.
medaces filij hominū in stateris. vt deci-
pian. Et idcirco beatus Apostolus vt
discretiōis moderamina retinentes. in
neutram partem illecti nimietate verga-
mus. ammonet dicens. Rationabile ob-
sequium vestrū. Quā rez etiā legislator
similiter interdicit. ita precipiēs. State-
ra iusta. ⁊ equa sint pondera. iustus mo-
dius. equusq̄ sextarius. Salomone q̄
parem super hoc s̄niam proferente. pōd⁹
magnum ⁊ pusillum. et mensure dupli-
ces. immūda sunt apud dominum vtra-
q̄. et qui facit ea in adinventionibus su-
is cōpedietur. Proinde non solum illo
quo diximus. sed etiā h̄ modo studendū
est nobis. vt nec iniqua pondera in cordi-
bus nostris. nec in h̄oreis conscientie no-
stre mensuras duplices habeamus. id ē
ne ea ip̄i que districtiōis regulam mol-
liunt. remissione indulgentia presumen-
tes. eos q̄b̄ h̄bū dñi p̄dicam⁹. districtiō-
rib̄ preceptis ⁊ ḡuiorib̄ q̄ ipsi perfere
possimus ponderibus obziamus. Qd̄
cum facimus. quid nisi duplici pondere
atq̄ mensura preceptorum domini mer-
cem frugemq̄ vel appendimus vel meti-
mur. Si enim aliter ea nobis. aliter no-
stris fratrib̄ dispensem⁹. recte increpam⁹
a domino. eo q̄ stateras dolosas ac men-
suras duplices habeamus. s̄m illam sen-
tentiam Salomonis q̄ dī. Abhominā-
tio ē dño pōd⁹ duplex. ⁊ statera dolosa.
n̄ est bonū ī p̄spectu ei⁹. Hoc etiā modo

Collatio XXI Abbatis Theone

reatū dolosi ponderis duplicisq; mē-
re euidenter incurrimus. si districtiora
quedam que prauatim per nostras cellu-
las exercere consueuimus. humane lau-
dis cupiditate coram fratribus ostente-
mus. abstinentiores scilicet et sanctiores
apparere affectantes humano cōspectui
q̄ diuino. Qui morbus precipue non
modo uitandus. verum etiam abhomi-
nandus est nobis. Sed interim a questi-
one proposita paulo lōginis euagati. ad
eandem a qua discessimus reuētamur.

De refectiois tempore atq; mē- sura. *Lap. xxij.*

Hic dicitur predictorum dierum ita
est custodienda solennitas. ut
corporis atq; anime cultui pro-
sit magis remissio indulgentia q̄ noceat. q̄
nec illi⁹ festiuitatis gaudiū aculeos car-
nis obtundere. nec immitis ille aduersa-
rius dierum nouit reuerentia mitigari.
At ergo et diebus festiuis statuta cōsue-
tudinis solennitas p̄seruet. et saluberrī-
mus parsimonie modus minime trāscē-
datur. sufficit ut indulgentiam remissio-
nis eo usq; progredi patiamur. ut cibus
qui hora diei nona fuerat capiendus. pau-
lo citius id est sexta hora pro festiuitate
temporis capiatur. ea ratione duntaxat
ut escarum solitus modus vel qualitas
nō mutetur. ne puritas corporis. vel ite-
gritas mentis. abstinentia quadragesi-
me diligentius acquisita. quinquagesi-
me remissione depercat. nihilq; nobis. p̄-
sit acq̄sisse ieiunij qd̄ mox amittere co-
gat incauta saturitas. presertim cū etiā
hostis nostri nō ignota versutia. tūc pre-
cipue munitionem nostre puritatis ipu-
gnat. cum eius custodiam senserit solen-
nitatis celebritate laxatam. Quāobrem
vigilantissime prouidendum est. ne vn-
q̄ mentis nostre vigor. blandis seducti-
onibus eneruetur. ne ut supra iam dictū
est. castimonie puritatez quadragesimo
labore quesitam. quinquagesime requie
ac securitate p̄damus. Et idcirco nulla

penitus in ciborum qualitate vel modo
admittatur adiectio. sed ab escis quarū
cōtinentia diebus ieiunij p̄ integritate
pudicie utebatur. etiā diebus celebra-
rimus similiter tem peremus. ne leticia fe-
stiuitatis perniciosissimā nobis carnali-
um incentiuorum suscitans pugnā. ver-
tatur in luctum. illam q̄ nobis excellenti-
orem que gaudio incorruptiōis exultat
festiuitatem mentis eripiat. et incipiam⁹
post breuē carnalis leticie vanitatē. amif-
sam cordis pudiciam longo penitētie
merore deslere. Studendum quinimo ē
ut nō frustra ad nos illa prop̄betice ad-
hortationis cōmonitio dirigatur. Cele-
bra iuda festiuitates tuas. et redde vota
tua. Si enī continentie ingitatem inter-
iecta dierum solennitas nō mutarit. spi-
ritalibus ferijs ingiter perfruemur. et ita
nobis a seruili operatione cessantibus.
erit mensis ex mense. et sabbatum ex sab-
bato.

Interrogatio de diuersa obser- uatione quadagesime.

Lap. xxij.
Germanus. Quid cause est
ut sex hebdomadibus quadra-
gesima celebretur. licet in quis-
dam prouincijs religionis forsitan pro-
penso cura. adiecisse hebdomadaz etiā
septimā videatur. cum neuter numerus
die dominico sabbatoq; subtracto. qua-
draginta dierum impleat summā. Sex
enim et triginta dies in ipis hebdomadi-
bus tantūmodo concluduntur.

Respōsio eo quod āni decimas quadagesime ieiunium referat- tur. *Lap. xxv.*

Deonas. Licet quorundaz
opia simplicitas hui⁹ rei ampu-
tet questionem. tamen quia etiā
illa que alius interrogatiōe indigna du-
xisset scrupulosius p̄scrutantes integrā
obseruatiōem ac misterij x̄itātē desidera-
tis agnoscere euidentissimā hui⁹ etiā rei
p̄cipite dē. ut manifestius approbetis

De remissione quinquagesime

nihil irrationabile nros tradidisse maiores. Legemolayca vniuerso populo generalis est promulgata preceptio. decimas tuas et primitias offeres domino deo tuo. Ita quod substantiarum nostrarum omnium fructuum decimas offerre precipimur. multo magis necessesse est ut ipsius quoque conuersationis nostre et humani usus operumque nostrorum decimas offeramus. que profecto in supputatione quadagesime euidenter implentur. Omnium enim dierum numerus quibus reuolutus in orbem annus includitur. triginta sex semis dierum numero decimatur. In septem vero hebdomadibus si dies dominici et sabbata subtrahantur. quinque et triginta supersunt dies ieiunij deputati. Si adiecta illa vigiliarum die qua usque in gallo cantu illucescent. et dominica ieiunium sabbati protelatur. non solum sex et triginta dierum numerus adimpletur. verum etiam per decimas quinque dierum qui residui videbantur. si illud quod superest adiectum noctis spacium computet. plenitudini totius summe omnino non deerit.

Quomodo etiam primitias nostras domino debeamus offerre.

Cap. xxvi.

Quid vero de primitiis dicamus. quas ab omnibus qui christo fideliter famulantur quotidie certum est exhiberi. Nam cum expectati a somno. et quasi rediuiua post soporem alacritate surgentes. priusquam motu sensus ulli corde concipiant. vel memoriam aut curam rei familiaris admittant cogitationum suarum ortus atque principia. diuinis consecrant holocaustis. quid nisi primitias vere suorum fructuum. per summum sacerdotem iesum christum pro usu vite huius et imagine quotidiana resurrectionis exoluunt. Quibus etiam a somno excitati. hostiam iubilationis sue deo similiter offerentes. primo lingue sue motu ipsum inuocant. ipsius nomen laudesque cocelebrant. atque ad canendos ei hymnos. prima labiorum claustra referentes. immolant deo sui oris officia. Cui etiam pa-

ri deferunt modo prima manuum suarum gressumque libamina. cum excubilibus concubis surgentes in proce consistunt. et priusquam in propriis causis membrorum suorum fungantur officio. nihil sibi de ministerio eorum ante decerpunt. sed ad ipsius honorem promouent gressum. atque in eius laudatione defigunt. et ita cunctorum motuum suorum primitias protensione manuum. incuruatione genuum. et totius corporis prostratione persoluunt. Illud enim quod decantatur in psalmo alias implere non possumus. preueni in maturitate et clamauit. et preuenit oculus meus ad te diluculo. ut meditarer eloquia tua. et mane oratio mea preueniet tibi. ut post quietem somni in hanc lucem ut supra diximus. velut e tenebris et imaginaria morte reuocati. de vniuersis officiis mentis. et corporis nihil omnino in nostris presumere necessitatibus audeamus. Nullus namque est alius quem aut propheta preuenit matutinus. aut nos preuenire si militer debeamus. nisi aut nosmetipsos. id est occupationes nostras et affectus. curasque mortales sine quibus esse non possumus. aut suggestiones subtilissimas inimici quas nobis adhuc quiescentibus ac sopore demersis. per fantasias inanimi somniorum inferre conatur. quibus nos mox enigilatos occupet et inuoluat. ut primitiarum nostrarum optima deflorans prius ipse decerpatur. Quibus obrem omni nobis cautione curandum est. si tamen vim predicti versiculi opere volumus adimplere. ut ita prius matutinarum cogitationum ortus solers vigilantia tueatur. ne quid ex eis festina presumptio lucentis attaminet inimici nostrasque primitias tamquam viles iam atque communes a domino faciat reprobari. Qui si preuentus a nobis per uigili mentis circumspicione non fuerit. anticipatiouis nequissimam consuetudinem non deponet. quotidie nos fraudibus suis preuenire non desinet. Et idcirco si placitas et acceptabiles deo primitias ex fructibus nostre iustitie optamus offerre non mediocrem sollicitudinem

Collatio XXI Abbatis Theone

telemus impendere. vt omnes nostri cor-
poris sensus. matutinis precipue hori tan-
q̄s sacrosancta dñi holocausta in omni-
bus illibata atq̄ intacta fuerint. Qd̄
deuotionis genus multi etiam seculari-
um summa cautione custodiunt. qui an-
te lucem vel diluculo consurgentes. neq̄
q̄s familiaribus ac necessarijs mudi hu-
ius actibus implicatur. priusq̄ cuncto-
rum actuum suorum operationumq̄ primi-
tias. ad ecclesiam cōcurrētes diuino sus-
teant consecrare conspectui.

**Cur diuerso dierum numero q̄-
dragesima a plerisq̄ obserue-
tur.**

Cap. xxvij.

Quo quod dicitur. diuerso mo-
re. id est. sex vel septem hebdoma-
dibus per nōnullas puincias
quadragesimā celebrari. vna quēadmo-
dum diximus ratio idem q̄s ieiuniorum
modus diuersa hebdomadarū observa-
tione cōcluditur. Hi enī sibi sex hebdo-
madarū obseruantia prefixerūt. qui pu-
tant die quoq̄s sabbati ieiunandū. Sex
ergo hebdomadas ieiunia persoluunt.
qui eosdez sex 7 triginta dies per sabba-
ta sexies reuoluta cōsummant.

**Quare vocetur q̄dragesima cū
triginta et sex tantum modo die-
bus ieiunetur.**

Cap. xxvij.

Quare ergo quemadmodum dixi-
mus ratio idem q̄s est ieiuniorum
modus. licet in hebdomadarū
numero discrepare videatur. Sed pro-
fecto cum rationē huius rei hūana obli-
terasset incuria. tempus hoc quo anni-
uersarie vt dictū est decime deo triginta
sex semis ieiunijs offeruntur. quadragesi-
me nomen accepit. qd̄ fortasse vel ppter
hoc visū sit h̄ vocabulo de bere cen seri-
q̄ moyses vel helyas vel ipse dñs noster
iesus christus quadraginta diebus ieiun-
asse traduntur. Ad cuius numeri sacra-
mentū illi quoq̄s quadraginta anni q̄-
bus israel est in solitudine cōmoratus. 7
quadraginta similiter māiones quibz
eam mystice pertransisse describit. nō in-

cogruē coaptantur. Et fortasse ip̄a deci-
matio recte quasi ab iysu. telonei q̄dra-
gesime nomen accepit. Ita enī illa publi-
ca vulgo vocatur exactio. ex qua tāta lu-
cri portio regis cōmodis deputatur. quā-
tum 7 a nobis a rege omnium secularū pro-
visu vite nostre legitimū quadragesime
rectigal exigit. Sane licet h̄ ad ppositā
nō p̄neat quēstionē tñ q̄ se obtulit nar-
rationis occasio. nec h̄ quidē pretereun-
dū puto q̄ frequentissime seniores nostri
idcirco illis diebus maxime impugnari
omne monachorum genus antiqua ini-
mice gentis consuetudine testabantur.
et ad transmigrandum de suis sedibus
acrius perurgeri. eo q̄ h̄m illam similitu-
dinem qua tūc egyptij filios israel vio-
lentis afflictionibus opprimebant. nunc
quoq̄ verum israel. id est. monachorum
plebez intellectuales egyptij duris ac lu-
talēis opibz icurruare conēt. ne p̄amicā
do q̄tē trā egyptiā deserēt. ad heremū
xtutū salubriter transeamus. ita vt adū-
sum nos pharao infremēs dicat. Ociōsi
sunt. et idcirco vociferātur dicentes. ea-
mus 7 sacrificemus dño deo nostro. Op-
primātur laboribus 7 solliciti sint in opi-
bus suis. et nō sint solliciti in verbis va-
nis. Quāz vtiq̄s vanitas impiorū sanctū
dñi sacrificium qd̄ nō nisi in heremo li-
beri cordis offertur. summaz esse astruit
vanitatem. abhominatio est enī peccato-
ri religio.

**Quare perfecti supergradiantur le-
gem q̄dragesime.**

Cap. xxix.

Quare igitur quadragesime lege qui
iustus atq̄ perfectus est. non te-
netur. nec exigui huius canonis
subiectione contentus est. quez profecto
illis qui per totum anni spaciūz delicijs
vel negocijs secularibus implicantur ce-
clesiarūz principes statuerūt. vt vel hac
legali quodāmodo necessitate cōstricti-
bis saltez diebus vacare dño cogere-
ac dierum vite suę quos totos quasi fru-
ctus quosdam fuerant voratūri vel de-
cimas domino dedicarēt. Ceterum iusti

Abbas dicitur

De remissione quinquagesime

quibus lex non est posita. quique spiritalibus officiis non exigam illam. id est. de cetera parte. sed totum vite suetempus impendunt. quia liberi sunt a decimarum legalium functione. idcirco si eos superveniens honesta et sancta necessitas coartarit. autem statione ieiunii absque ulla disceptatione laxare. Non enim ab eis decimarum exiguitas mutilatur. qui omnia sua domino secum pariter obtulerunt. Quod profecto absque summo fraudis reatu facere ille non poterit. qui nihil voluntarie offerens deo. inexcusabiliter solvere decimas suas legis necessitate compellitur. Quapropter liquido comprobatur perfectum esse non posse famulum legis. qui vel illa que prohibentur canet. vel illa que precipiuntur exequitur. sed illos vere esse perfectos que etiam his que a lege concessa sunt non utuntur. Et hac ratione cum de mosaica lege dicatur. nihil enim ad perfectum duxit lex. nonnullos sanctorum in veteri testamento perfectos legimus extitisse. quia transcendentes legis imperium sub evangelica perfectione vixerunt. scientes quod iustus non est lex posita sed iniustus et non subditus. ipsius et peccatoribus sceleratis et contaminatis

De causa et initio quadragesime

Lap. xxx.

Sciendum igitur sane hanc observantiam quadragesime. quod diu ecclesie illius primitivae perfectione inniolata permansit. penitus non fuisse. Non enim precepti huius necessitate nec quasi legali sanctione restricti. artissimis ieiuniorum terminis clauderentur. qui per totum anni spacium equali ieiunio concluderentur. Verum cum ab illa apostolica devotione desisteret quotidie credentium multitudo suis operibus incubaret. ne eas usus cunctorum fidelium secundum apostolorum instituta divideret. sed privatim impendiis suis consulens non servare tantum. bene augere pretenderet. ananie et saphire exemplum non contenta sectari. id tunc universis sacerdotibus placuit. ut homines curis secularibus illiga-

tos. et tene ut ita dixerim continentie vel compunctionis ignaros. ad opus sanctae canonice ieiuniorum indicatione reuocarēt. et velut legalium decimarum necessitate compellerent. que vtiq; infirmis prodesse posset. et perfectis preiudicare non posset. qui sub gratia evangelii constituti voluntaria legem devotione transcendunt. ut ad illam apostolice sententiae beatitudinem possint pervenire. Peccatum enim in vobis non dominabitur. non enim estis sub lege. sed sub gratia. Vere enim dominatio in illo non potest exercere potestatem. que dominatur affectibus peccatorum.

Interrogatio quemadmodum intelligi debeat quod ait apostolus peccatum in nobis non dominabitur.

Lap. xxxi.

Ornatus. Quia non potest fallax hoc apostoli esse sententia. que securitatem non solum monachis sed etiam omnibus christianis generaliter reprobmittit. nimium nobis videtur obscura. Cum enim cunctos qui euangelio credunt a iugo et dominatione peccati liberos atque alienos esse pronunciet. quomodo peccatum in omnibus baptizatis vincit dominatio peccatorum. secundum sententiam domini qua ait. Omnis qui facit peccatum servus est peccati.

Responsio de differentia gratie et legalium preceptorum.

Lap. xxxii.

Ornatus. Questionem nobis rursus immodicam inquisitionem vestra commouit. cuius vim licet sciam ab ineptis nec tradi posse nec percipi. tamen quantum poterit verbis absolvere et breviter expedire temptabo. si modo intellectus vester ea que dicemus etiam operibus subsequatur. Quaecumque enim non per doctrinam sed per experientiam cognoscuntur. sicut tradi ab inepto nequeunt. ita nec mente concipi vel teneri. nisi ab eo qui simili studio fuerit atque institutione fundatus. Et idcirco necessarium reor. ut primum diligentius inquiramus. quod nam sit. propositum vel voluntas legi. vel

Collatio XXI abbatris Theone

que gratie disciplina atq; pfectio. vt cōsequēter ex his. sine dñationē pcti. sine expulsionē eius possim⁹ agnoscere. Ita q; lex pncipaliter iubet expeti copulā nuptiarū dicens. **B**eatus qui habet semē in syon. et domesticos in hierusalem. et maledicta sterilis q̄ nō peperit. **C**ontrario gratia ad incorruptionis perpetue puritate. et castimoniam nos bte vrginitatis inuitat. **B**eate inq̄ens sterilis q̄ nō genuerunt et vbera que nō lactauerunt. et qui nō oderit patrē et matrē et vxorē. nō pōt mens esse discipulus. et illud apostoli. reliquū est vt et q̄ habēt vxores tamq̄ nō habētes sint. **L**ex dicit. decimas tuas et primicias nō tardab offerre. gr̄a autē dicit. si vis perfectus esse. vade et vende oia que habes et da paupib. **L**ex talionū cōuiciorū et iniuriarū nō prohibet vltionez dicens. oculo pro oculo. dente pro dente. gr̄a cōgēminatione iniuriarū vel cedis que fuerint irrogate. nostrā patientiā vult. p bari. et ad duplicis dispendij tolerantiam paratos esse nos precipit. q̄ te percussit. in quiete in dexterā maxillam prebe ei et alteram. et illi q̄ vult tecum iudicio cōtendere. et tunicā tuā tollere. dimitte ei et pallium. **I**lla inimicos odio habēdos. hec ita diligendos esse decernit. vt. p ipis do semper censeat supplicandum.

De eo q̄ leuioza sint euangeliū precepta q̄ legis. Cap. xxxij

Quam igitur quis hoc euangeliū pfectionis culmē ascenderit. iste profecto supra omnē legem tantarū virtutū meritis sublimatus. et vniuersa q̄ per moysen precepta sunt. q̄ parua despiciens. tantuz sub gratia saluatoris se esse cognoscit. cuius adiutorio se ad illū sublimissimū statū intelligit puenisse. **N**on ergo dñatur in eo peccatū. quia charitas q̄ diffusa est in cordibus nr̄is. p spiritū sanctū qui datus est nob̄ oēm alter⁹ cuiusq; rei excludit affectū. nec potest aut vetita cōcupiscere aut imperata cōtemnere. cuius totū studiū. totūq; desiderij diuino amori semper in-

sentū. vsq; adeo viliū rerū oblectationē nō capitur. vt etiā his q̄ cōcessa sunt nō vtatur. **I**n lege autē in qua cōingiorū iura suant. quis cohibita luxurie euagatio vni tantū femine mancipetur. tamen neq; q̄ possunt carnalis cupiditate aculei nō vigeret. difficile ē vt ignis cui etiam studiose pabula suggeruntur. ita prefixis terminis includatur. vt non etiā se fra euagatus amburat quicqd attigerit. **C**ui etiā si sua illa ita sp occurrat obiectio. vt exstare extrinsecus nō sinatur. famē etiā dñi cohibet incendit. q̄a voluptas ipa culpabilis ē. et ad velocissimos adulterioz raptat excessus consuetudo cōcubitus. **C**eterū quos gratia saluatoris sancto incorruptionis amore flāmauerit. ita oēs carnalium desiderioz spinales dñice charitatis igne cōsumūt. vt nō tepens fauilla vicioz refrigeriū integritatis imminuat. **L**egis ergo famuli a licitoz vsu ad illicita prolabūtur. gr̄e participes dñi licita cōtemnūt. illicita nō noverunt. **S**icut autē viuunt in cōingij amore peccatū. ita etiā in eo qui decimas suas et primicias tantū est reddere contentus. necesse ē enī eū dum tardat aut negligit. aut in qualitate earum. aut in q̄ntitate. aut in q̄ntidiana distributioe peccare. **Q**ui enī iubetur ea que sua sunt infatigabiliter indigentibus ministrare. q̄libet ea summa fide ac deuotione dispenset. tamē difficile est vt nō laqueos pctōrum frequenter incurrat. **I**n illis vero q̄ consiliū dñi nō spreuerūt. sed omnē substantiā suā paupib̄ progātes. supra sua cruce largitorē celest̄ gr̄e s̄sequūt. pctm̄ nō pōt dñari. **N**ō enī eū dispensantē sacras iam christo opes et quasi alienas pia distributione pecunias infidelis seruandi victus cura mordebit. nec elemosine bylaritatem abijcit. mesta cūctatio. quia quod semel totū obtulit deo. id iam alienum sine proprie necessitatē recordatione aut angusti victus timore disfigit. qui certus est cū ad desideratam peruenit nuditate. multo magis a deo se q̄

De remissione quinquagesime

volucrem celi esse pascendum. **C**ontra-
rio is qui substantiam retinens mūdā-
lem. aut decimas fructuū suorum atq; p-
mitias. aut partem pecuniarum constri-
ctus legis antique sanctione distribuit.
licet peccatorum suorum ignem maxime
elemosinore restinguat. impossibile ta-
men est. quantuis opes suas magna
nimitate dispense. vt se ad plenū eruat
a dñatione peccati. nisi forte per gratia
saluatoris. cum re etiam ipm affectu
deposuerit possidendi. **P**ari modo nō pō-
test nō cruento peccati imperio famula-
ri. quicumq; oculum pro oculo. dentem
pro dente. et precepto legis erueret. aut i-
micum suum odio maui habere. quia
necesse est eum dum talionis vicissitūdi-
ne vleisci suam optat iniuriam. dum cō-
tra inimicos odij amaritudinē suat. fu-
roris atq; ire perturbatione semper accē-
di. **Q**uicumq; vero sub euāgelice gratie
illuminatione versatur. ac malum nō re-
sistendo superans. sed ferendo dexteram
percutienti maxillam. etiam alteram pre-
bere voluntarius nō moratur. et volen-
ti aduersum se de tunica litigium cōmo-
neret. remittit et pallium. quiq; diligit in-
imicos suos. et orat pro calumniāibus
sibi. h peccati spulit iugū ac vincula diru-
pit. **N**on enim viuit sub lege. quē nō in-
terimit seminaria peccatorum. vnde nō
immerito de ipa beatus apostolus repro-
batio inquit sit precedentis mandati. p-
pter infirmitatē eius et inutilitatē. nihil
enī ad perfectum adduxit lex. et dominus
per prophetam. et dedi inquit eis prece-
pta non bona. et iustificaciones in qbus
nō viuent in eis. sed viuit sub gratia. q
non ramos tantum nequitiē amputat.
sed ipas penitus radices noxie volunta-
tis euellit.

Quē admodum quis probetur
esse sub gratia. **Lap. xxxiiij.**

Quisquis ergo perfectionē euā-
gelice studuerit tenere doctrine.
hic sub gratia constitutus pec-
cati dñatione non premitur. **H**oc est. n-

esse sub gratia. quē a gratia mandantur
implere. **Q**uicumq; vero perfectōis euā-
gelice plenitudini subiectus esse nolue-
rit. non ignoret se quōuis baptizatus sibi
videatur ac monachus nō esse sub gra-
tia. sed legis adhuc vinculis prepedi-
tū peccati pondere pregruari. **P**ropositū
namq; est eius qui omnes a quibus res-
ceptus fuerit gratia adoptōnis assumit.
non destruere sed superedificare. nec euā-
cuare sed adimplere moysaycas sanctio-
nes. **Q**uod nōnulli penitus ignorātes.
et consiliozum atq; exhortationū christi
magnificentiam negligentes. ita psum-
ptiua libertatis securitate soluuntur. vt
nō solum christi precepta tanq; ardua nō
atingant. verum etiam ipa illa quē illis
incipientibus parulisq; moysayca lege
mandata sunt. velut antiquata contem-
nant. illud quod apostolus execratur no-
xia libertate dicentes. **P**eccabim? quia
non sumus sub lege sed sub gratia. **Q**ui
ergo nec sub gratia ē. quia nequa q; ad
dominice doctrine culmen ascendit. nec
sub lege. quia etiam ipa illa parvula le-
gis mādata nō suscepit. hic duplici pec-
catorum oppressus imperio ob hoc soluz
gratiam christi percepisse se credit. vt per-
noxiam libertatem ab eo fieret alienus. i
illud incidens qd apostolus petrus ne i-
curram? enūciat. **Q**uasi liberi inqt agi-
te. et non quasi velamen habentes mali-
cie libertatem. **B**eatus quoq; apostolus
